

SPICILEGIUM HISTORICUM

Congregationis SSmi Redemptoris

Annus X

1962

Fasc. 2

IN PIAM MEMORIAM

PATRIS JOSEPHI LÖW

SOCII SENIORIS NOSTRAE REDACTIONIS

Die 22 sept. praeter exspectationem morte nobis ereptus est P. Iosephus Löw, qui ab initio editionis horum foliorum per 10 annos partem principalem redactionis egit ac maxime contribuit in illis condendis et continuandis. Nimium non est dicere, carum confratrem revera exstitisse *Spicilegii Historici CSSR* confundatorem et moderatorem cura cotidiana et sollicitudine assidua, qua semper prosecutus est hanc editionem, non obstantibus aliis multis et gravibus suis occupationibus.

Recordari ergo nos decet in signum gratitudinis personam et actuositatem Patris Löw, maxime relate ad nostras ephemerides, sed hoc fasciculo malumus lectoribus lecta verba proferre, quae Rev.mus Pater Ferdinandus Antonelli OFM, per multos annos Relator generalis sectionis historicae S. Congregationis Rituum — cui P. Löw annis 1936-1959 tamquam Vice-Relator operam praestitit — et nunc Promotor generalis Fidei, memoriae carissimi amici sui tantorum annorum dicavit in diario *L'Ossevatore Romano*, 22-23 ott. 1962, p. 4.

SOCII REDACTIONIS

NEL TRIGESIMO
DEL P. GIUSEPPE LÖW

Molestato negli ultimi anni da intermittenti disturbi anginosi, il P. Giuseppe Löw, pur continuando la sua intensa attività di studioso, si era preparato però serenamente e scrupolosamente ad ogni possibile eventualità. Un infarto letale lo colse nel pomeriggio del 22 settembre. Aveva 69 anni da poco compiuti.

Nato a Vienna nel 1893, era entrato nella Congregazione dei Redentoristi nel 1911, e ordinato sacerdote nel 1919, fu per alcuni anni Professore nel suo Istituto di Liturgia, archeologia cristiana e storia dell'arte sacra. Nel 1924 e 1925 trascorse alcuni mesi a Roma, occupandosi di antichità cristiane.

Quando nel 1935 io fui chiamato a succedere all'Abate Quentin come Relatore Generale della Sezione Storica della S. Congregazione dei Riti, proposi e ottenni che il P. Löw fosse nominato Vice Relatore. Lo ebbi da allora collaboratore fedelissimo e preziosissimo.

Il P. Löw aveva una cultura generale ottima e una cultura particolare agiografica e liturgica non comune. Dato il genere dei nostri lavori, non ha potuto pubblicare grandi cose, ma basta, per esempio, il suo studio su *Il più antico Sermonario di San Pietro in Vaticano*, pubblicato nella *Rivista di Archeologia cristiana*, (1942, pp. 143-183), e alcune grandi voci della *Encyclopédia cattolica*, come *Canonizzazione* e *Beatificazione*, per darci la misura del suo forte ingegno.

Il più però e il meglio di sé il P. Löw lo ha dato nei lavori agiografico-liturgici della Sezione Storica dei

Riti. La raccolta e l'analisi della documentazione per la Conferma di culto della B. Emma di Gurk († 1045), di cui egli si era già occupato con varie pubblicazioni, come lo studio della documentazione per la eroicità delle virtù della Venerabile Caterina Tekakwitha, un'autentica pellirossa morta nel 1680, e della viterbese B. Rosa Venerini, Fondatrice delle Maestre Pie Venerini († 1728), furono lavori compiuti egregiamente da lui. In questi ultimi due anni stava analizzando acutamente la documentazione relativa alla Serva di Dio Bernarda Heimgartner († 1863), fondatrice delle Suore di S. Croce di Menzingen in Svizzera.

Un contributo ancor più prezioso è stato quello che il P. Löw ha dato a tutti i lavori preparatori per le varie riforme liturgiche attuate dalla S. Congregazione dei Riti in questo ultimo decennio, dalla restaurata Veglia pasquale (1951) al *Codex rubricarum* (1960).

Intelligente, ricco di immaginazione, rapido nella formulazione di un progetto, era un lavoratore formidabile e di una assoluta probità scientifica; aveva inoltre una qualità rara, quella di essere sempre pronto ad accettare qualsiasi consiglio o suggerimento ragionevole.

Io ebbi da lui la più stretta e la più amichevole collaborazione.

Aveva poi un'anima profondamente religiosa e sacerdotale. Pio, modesto, semplice, noncurante di sé, era sempre aperto e interessato ai problemi della Chiesa, e in particolare a quelli del sano movimento liturgico-pastorale.

Con la sua scomparsa, la Congregazione dei Redentoristi ha perduto uno dei suoi migliori, e la Curia Romana uno dei suoi servitori più fedeli e più laboriosi di quest'ultimo trentennio.

Anima, dulcis, vivas in pace.

F. ANTONELLI

NOTITIA BIO-BIBLIOGRAPHICA PATRIS JOSEPHI LÖW

a Patre ANDREA SAMPERS compilata.

CURRICULUM VITAE PATRIS LÖW, 1893-1962

Iosephus Maria Carolus Löw natus est die dominico 23 VII 1893 hora 19 in urbe Wien, capite imperii austriaci, in domo plateae dictae « Danhau-sergasse » n. 12 in parte (Bezirk) urbis IV, quae dicitur « Wieden », ubi parentes tunc temporis habitabant. Parentes eius erant Iosephus Franciscus, qui lithographicam artem exercebat (« Steindrucker »), *16 I 1860, † 5 VI 1942, et Barbara Maria Glauser adopt. Bernleit(h)ner, *12 XII 1862, † 12 II 1914; matrimonio iuncti 14 XI 1886. Postridie nativitatis diei, 24 VII 1893, baptizatus est in ecclesia paroeciali SS. Angelis Custodibus sacra a cappellano Carolo Jung.

Ann. 1899-1904 in litterarum ludum itavit apud Fratres in Wien, « Wiedener Hauptstr. » n. 82. Paulo antequam hunc primum scholae cursum finiret, prima vice S. Communionem suscepit die dominico *In albis*, 10 IV 1904, in ecclesia S. Theclae et sacramento Confirmationis munitus est in vigilia Pentecostis, die 21 V, in ecclesia cathedrali S. Stephani ab episc. auxil. Ioanne Schneider.

An. 1904-05 primum annum studii s.d. gymnasii persolvit in Wien (k. k. Elisabeth-Gymnasium), sed postquam a Superiori Provinciali Guill. Janauschek an. 1905 admissus fuerat ad iuvenatum CSSR in Katzelsdorf, N.Ö., a die 22 VIII 1905 ibi secundam usque ad quartam classem fecit ann. 1905-08. Quintam et sextam (ultimam iteratam propter infirmam valetudinem) ann. 1908-11 etiam in iuvenatu peregit, sed examina dedit in gymnasio publico (k. k. Staatsgymnasium) in Wiener Neustadt, eo quod probationes ipsius iuvenatus tunc temporis a gubernio non erant agnitae.

Postquam noviciatum sub magistro Huberto Brückner peregerat in Eggenburg, N.Ö., ubi die 15 VIII 1911 veste Congregationis indutus fuerat et die 15 VIII 1912 professione religiosa sese Domino obtulerat, studia septimae et octavae gymnasii classis privato modo fecit ann. 1912-14 in Collegio nostro de Leoben atque pericula subiit apud Patres Franciscanos in Hall, Tirol (k. k. Franz Josef-Gymnasium), ubi aestate 1914 examen absolutorium feliciter superavit, uti attestatur in documento maturitatis (Reifezeugnis) die 9 VII 1914 ei dato. - Propter infirmitatem systematis nervosi, ex consilio medicorum in Innsbruck dato, anno sequenti 1914-15 quieti se tradere debuit; in Collegio de Leoben servitia praestit in culina et in sacristia.

Die 19 VIII 1915 a Leoben in Mautern, Stm., profectus est, ibique ann. 1915-20 studiis philosophicis per duos annos et theologicis per tres annos

operam dedit. In Mautern ei ordinationes sacrae collatae sunt et quidem omnes ab Exc.mo Leop. Schuster, episcopo de Seckau (Graz): tonsura et ordines minores die 26 VII 1913; subdiaconatus die 25 VII 1919; diaconatus die 27 VII 1919; presbyteratus die 31 VII 1919. Die 3 VIII 1919, qui erat dies dominicus VIII post Pentecosten, prima vice sacrum litavit et die 8 VIII 1920, studio seminaristico theologiae absoluto, iurisdictio ei data est.

Post studia theologica peracta statim in domo studiorum Mautern lector liturgiae ad tempus nominatus est, quae nominatio confirmata et ampliata fuit die 12 IX 1921 a Rect. Mai. P. Murray, quando P.em Löw lectorem liturgiae et eloquentiae sacrae deputavit; hisce primis duobus annis lectoratus 1920-22 etiam munus socii studentium praefecti obibat. An. 1922-23 a mense VIII 1922 in iuvenatu Katzelsdorf artem delineandi (cl. I-III), mathematicam (cl. I) et geographiam (cl. II) docuit, sed die 12 III 1923 in Mautern rediit, ut ibi lectoratum suum denuo susciperet. Quando domus studiorum Prov. Austriae an. 1923 a Mautern in Gurk, Kärnten, translata fuerat, a die 30 V 1923 lectiones suas ibi continuavit et custos ecclesiae cathedralis (Domkustos) nominatus est.

An. 1924-25 a die 28 X 1924 usque ad diem 11 V 1925 Romae degit, ut studio antiquitatis christiana sese dedicaret, quod fecit praesertim duce Rev.mo Ioan. Kirsch (*Enc. Catt.* VII [1951] 705-709), qui circulum quendam archeologiae studendi apud Collegium teutonicum S.M. in Camposanto formaverat. Hunc sacerdotem doctum ac pium semper exinde grata memoria et maxima veneratione prosecutus est. « Von da an datiert mein Verkehr mit diesem herrlichen Mann! Jedesmal, wann ich wiederkam, war er der gleiche, gütige, heitere Papa, der sich um alles interessierte, stets Rat wußte, stets lieb und herzlich war » (ita P. Löw in *Curriculo vitae* ab ipso exarato, p. 34; ibi pp. 33-35 memorias suas amati magistri notavit). - Ann. 1925-27 denuo in Gurk docuit liturgiam et etiam archeologiam ac historiam artis.

An. 1927-28 a die 21 X 1927 usque ad diem 4 V 1928 iterum Romae commoratus est ac studia ibi an. 1924-25 incopta persecutus est. - Post redditum in patriam ann. 1928-32 docuit in Gurk liturgiam, homileticam, archeologiam et historiam artis, et an. 1932-33 in Mautern, quo domus studiorum aestate 1932 reportata fuerat, easdem disciplinas ac etiam catecheticam et rhetoricas; novam bibliothecam ibi quoque ordinavit (*Analecta CSSR* 12, 1933, 66). - An. 1933-34 tertia vice Romae degit a die 9 VI 1933 usque ad diem 6 V 1934, ibique paulo ante discessum, die 15 IV 1934, in Instituto Archeologiae christiana publice exposuit summam investigationis sua de sermonariis, quam instigante Prof. Kirsch an. 1924 aggressus fuerat (vide relationem expositionis in *Riv. Arch. crist.* 12, 1935, 175).

An. 1934-35 iterum docuit in Mautern easdem disciplinas ac an. 1932-33, et sic fecit etiam anno scholastico 1935-36, usquedum die 14 XII 1935 Romam profectus est, eo vocatus epistula Rev.mi Patris Ferdinandi Antonelli diei 26 XI 1935, ut partes Vice-Relatoris generalis Sectionis historicae S. Congregationis Rituum in se susciperet. De hac epistula scribit P. Löw (*Curric.*

vitae p. 25): « Das ist der Brief, der mein Leben auf eine neue Base gelenkt hat ». - Die 15 XII 1935 Romam advenit et post duos dies, 17 XII, in aedificio S.i Calixti ad novum laborem se accinxit; die 27 I 1936 nominatus fuit Vice-Relator generalis (AAS 28, 1936, 114; *Analecta CSSR* 15, 1936, 46).

Primum opus, a P.e Löw in novo suo munere susceptum, fuit Causa B. Hemmae comitissae Gurcensis († 1045), cuius cultui alioquin iam operam suam dederat ab an. 1923, quando in Gurk lector et custos ecclesiae cathedralis nominatus fuerat; an. 1925 ex.gr. sarcophagum B. Hemmae repererat. Haec Causa, cuius Positio an. 1935 Sectioni historicae S. Congreg. Rituum tradita fuerat, die 5 I 1938 feliciter absoluta est decreto S.C.R. quo cultus B. Hemmae, « Sanctae nuncupatae », confirmatus fuit (AAS 32, 1940, 309-311). - In signum gratitudinis laboris et industriae datae nominatus est « Titular-Konsistorialrat » dioecesis Gurcensis die 11 IV 1938.

Ulteriores 26 anni vitae P.is Löw sine mutationibus maioribus transierunt; toto animo se dedit studio Causarum historicarum et ab an. 1950 circiter magis etiam emendationi generali Liturgiae romanae, quae omnia — uti ipse definivit (*Spic. hist.* 7, 1959, 386) — « non absque serio et diuturno labore perficiuntur ». Dilecta sua studia archeologiae christiana tamen non est oblitus et die 12 XII 1946 assumptus est socius ordinarius Societatis « dei Cultori dell'Archeologia cristiana »; die 3 III 1944 iam nomen vita durante dedit « Collegio Cultorum Martyrum ». Proh dolor tamen non invenit tempus ad continuanda studia incopta occasione priorum commorationum Romae, scil. investigationes de sermonarii. - Ann. 1936-38 evulgavit 16 articulos praesertim de rebus et eventibus romanis in diario catholico viennensi *Reichspost*, in quo ann. 1923-35 iam alia 30 commentariola maxime de rebus gurcensibus et romanis imprimi fecerat.

P.i Löw semper etiam cordi erat historia Congregationis nostrae, praesertim amatae suae Provinciae Austriacae, quapropter invitatus fuit intervenire congressui historico CSSR, Romae habito diebus 28 III - 4 IV 1948 (*Analecta* 20, 1948, 58-59). - Quando postea die 2 II 1953 a Rev.mo Patre Buijs *Commentaria historica CSSR* instituta sunt, clarus confrater propter peritiam investigationis fontium et presentationis fructum studii historici praeses collegii sociorum redactionis deputatus est (*Spic. hist.* 1, 1953, 6). In bonum Congregationis, dulcis sua Matris, hoc non leve onus alacri animo aliis multis suis occupationibus et sollicitudinibus adiunxit, et optime quidem fecit, ut rei eventus per 10 annos probavit, gratitudinem omnium sodalium sibi devinciens.

Quamquam haec omnia non parum temporis et curae P.is Löw reposcebant, occupatio eius prima et principalis remanebat in S.C.R., cuius Sectionis historicae nominatus est Relator adiunctus die 21 XI 1959 (AAS 51, 1959, 924; *Analecta* 31, 1959, 292). Haec promotio tamen eius actuositatem in s. dicasterio, quae ultimo decennio magis magisque ad emendationem Liturgiae romanae directa erat, vix immutavit. Ea quae P. Löw in hac provincia splendori ac pastorali aspectui cultus divini contribuerit, nunc pressius

determinare nequimus; pro certo tamen dicere possumus, eum magnam partem habuisse in renovatione ordinis Tridui sacri et Hebdomadae sacrae, in emendatione rubricarum Breviarii, Missalis, Pontificalis. - Ultimis annis multum etiam sudavit in praeparanda Positione Matris Bernardae Heimgartner († 1863), confundatricis et primae Moderatricis generalis (1844-63) Sororum (Magistrarum) S. ae Crucis de Menzingen (Ct. Zug) in Helvetia. Iteratis vicibus pro studiis huic Causae connexis iter in Helvetiam suscepit, quamquam ceteroquin supremis vitae annis itinera maiora evitare conabatur, ita ut pluries etiam ferias aestivas non longe a Roma transegerit.

Mense maio 1961 rogatus est, ut cursum daret in Pont. Instituto Liturgico Athenaei Anselmiani OSB, quod fecit per primum annum Instituti, 1961-62, hoc modo in ultimo vitae suae anno sese revocans ad docendi actuitatem, sicuti fecerat primis annis post ordinationem sacerdotalem, 1920-35. Legit per totum annum academicum *De historia reformationis liturgicae*; auditoribus dedit lectionum summam, scriptam lingua italica (32 pp.).

Quamquam P. Löw iam a pluribus annis quadam infirmitate et defatigatione cordis (Koronar-Insuffizienz) necnon morbo diabetico laborabat, ita ut non semel medicus ei tempus otii praescribere deberet, nemo tamen praesensit finem tam proximum esse, quando die 15 VIII 1962 iubilaeum 50um oblationis religiosae celebravit. Ex ingenti copia epistularum quas hac occasione accepit a personis in ecclesiastica dignitate constitutis, uti sunt Card. Bea, Cicognani (telegramma), Larraona, a tantis viris in historicis et liturgicis studiis praestantibus, a confratribus et amicis, praesertim ex Austria, quam diebus 30 VII - 4 VIII ultima vice visitaverat, patet, quam magnus a permultis aestimatus fuerit et quantum adhuc a sua actuitate assidua speraverint.

Sed Dominus vitae et mortis statuerat, servum suum fidelem satis laboravisse et retributione aeterna dignum esse. Medio mense septembri, quando post ferias labore muneric sui in S. Congr. Rituum denuo suscipere voluit, vis morbi sui praeter exspectationem maxime aucta est, ita quidem ut medicus ei alium mensem otii absoluti quasdamque curationes adhibendas praescripserit. Die 22 IX Sacrificium incruentum Deo offerre non potuit propter debilitatem, sed interfuit Missae et Communione refectus est. Nemo tamen praevidebat tamquam immediatum illius terrenae vitae finem, cui ca. horam quartam postmeridianam eiusdem diei in valetudinario communitatis occubuit, ut qui Liturgiam Ecclesiae militantis tantopere promovisset, sese associaret Liturgiae Ecclesiae triumphantis.

Sub vesperum diei 24 IX corpus exanimatum a confratribus transportatum fuit in ecclesiam Domui generaliciae annexam, ibique postridie Rev.mus Pater Generalis solemnem Missam de Requie celebravit; deinde tumulatum est in loco sepulturae nostrorum destinato coemiterii romani « Campo Verano ».

Have pia anima!

BIBLIOGRAPHIA PATRIS LÖW, 1921-1962

1921

Liturgie und priesterliches Innenleben. - Lebendige Theologie. - Gloriae Deo, in Korrespondenz des Priester-Gebetsvereines «Associatio Perseverantiae Sacerdotalis» (Wien) 42 (1921) 55-57, 121-123, 138-142.

Caput ieiunii. - Septimana maior. - Osterzeitgedanken. - Tempus per annum. - Advent (Gedanken zur Einführung). - Advent (Die großen Aufrissblätter; Immaculata), in Katholische Kirchenzeitung (Salzburg) 61 (1921) 41-42, 81, 99-100, 179-180, 371, 379.

1922

Christokraten. - Osterzeit. - Pfingsten. - Potuerunt hi, cur non ego? - Die neuere liturgische Bewegung I + II. - Allerheiligen; Allerseelen. - Der erste Adventsonntag. - Der zweite Adventsonntag. - Der dritte Adventsonntag mit Quatember. - Der vierte Adventsonntag. - Solemnitas caelestis pacis ingreditur. - O, diese Rubriken und Rubrizisten!, ibid. 62 (1922) 27-28, 145-169, 204-205, 250-252 + 258-260, 327-328, 367, 375, 383, 391, 392-393, 396-397.

Psychologie des Stundengebetes, in Korrespondenz des Priester-Gebetsvereines «Ass. Pers. Sac.» 43 (1922) 49-52.

1923

Annus Domini. - Ein Weilchen in der Gebetsschule der Liturgie, ibid. 44 (1923) 1-4, 85-89.

Christi Himmelfahrt. - Fronleichnamsfragen. - Der Kernpunkt der liturgischen Bewegung nach römischer Auffassung. - Zum neuen Kirchenjahr, in Katholische Kirchenzeitung 63 (1923) 141, 177-178, 195-198, 394-396.

1924

Vorfastenzeit. - Septuagesima. - Sexagesima. - Quinquagesima. - An den Toren der Fastenzeit. - Invocabit. - Reminiscere. - Oculi. - Laetere. - Tempus Passionis. - Iudica. - Palmarum. - Solemnitas Solemnitatum. - Brevier und Volk. - Die wissenschaftliche Fundierung der liturgischen Bewegung, ibid. 64 (1924) 53, 53, 61, 69, 69, 81-82, 89-90, 97-98, 105-106, 117, 117-118, 125, 133, 277, 433-434.

Ein neues Jahr. - In atriis Domini. - Sponsa mea. - Der künftige Gottesherold. - Spirituales imperatores. - Das Opferlicht, in Korrespondenz des Priester-Gebetsvereines «Ass. Pers. Sac.» 45 (1924) 1-5, 24-28, 43-47, 74-77, 105-109, 137-140.

Kleiner Gurker Domführer; Gurk, Redemptoristenkolleg, [1924]; 8°, 38 pp., ill.

1925

Pastoral-Fälle: Sonntagskomplet für Ferialkomplet alltäglich gebraucht. - Eine Fronleichnamsschwierigkeit: Konsekration der großen Hostie verges-

sen. - Die Taufwasserweihe der Pfingstvigil ohne Osterkerze, in *Theol.-prakt. Quartalschrift* (Linz) 78 (1925) 368-369, 369-370, 370-371.

Mitteilungen: Wann sind die Gebete nach der Messe zu beten, wann auszulassen? - Wie kann praktisch und billig eine Kirche und eine Sakristei trockengelegt werden? - Protestantische Chorsänger und Orgelspieler in der katholischen Kirche, ibid. 385-387, 398-399, 601-602.

1926

Entdeckungen im Innern Österreichs, in *Österreichische illustrierte Zeitung* (Wien) 36 (1926) n. 33 pp. 869-871.

1927

Entdeckungen im Innersten Österreichs: Der Dom zu Gurk, in Alpenland. Illustrierte Monatsschrift für Reise und Fremdenverkehr (Graz) 1927, n. 5 pp. 9-10.

Gurker Domarbeiten 1926, in *Carinthia I. Mitteilungen des Geschichtsvereines für Kärnten* (Klagenfurt) 117 (1927) 69-72.

Pastoral-Fälle: *Kirchweih-Requiem*, in *Theol.-prakt. Quartalschrift* 80 (1927) 573-575.

Mitteilungen: Kommunionempfang an den Altarstufen. - Birett für Knabenseminaristen? - Kommuniontuch oder -teller? - Korporalien mit durchbrochenem Kreuz, ibid. 141-142, 142-143, 143, 369-370.

Malerische Neufunde im Dom zu Gurk, in *Christliche Kunstblätter* (Linz) 68 (1927) 1-7.

Plastische Neufunde im Dom zu Gurk, ibid. 65-71.

Kleiner Gurker Domführer; 2. vollständig umgearb. und erweiterte Auflage; Gurk, Redemptoristenkollegium, 1927; 8°, 173 pp., ill.

Was ein Gurker Dommesner in alter Zeit zu tun hatte, in *Fürs Kärntner Heim* (Klagenfurt) 1927, n. 3, pp. 5-7.

1928

Das Gurker Fastentuch, ibid. 1928, n. 4 pp. 2-4.

Pastoral-Fälle: Die verregnete Fronleichnamsprozession. - Vom Direktorium, in *Theol.-prakt. Quartalschrift* 81 (1928) 145-147, 147-149.

Von Paccobello bis Hönel. Geschichte des Gurker Hochaltarplanes, 1618-1626, in *Carinthia I* 118 (1928) 9-15.

Vom Gurker Dom, ibid. 138-140.

1929

Kleine Mitteilungen: Meisternamen aus der Zeit um 1500 in Gurk. - Gurker Kleinigkeiten, ibid. 119 (1929) 70, 154-156.

Ein stadtrömisches Lektionar des VIII. Jahrhunderts (Cod. Vatic. lat. № 3835 und 3836), in *Römische Quartalschrift für christl. Altertumskunde und Kirchengeschichte* 37 (1929) 15-39.

1930

Die romanischen Steinmetzzeichen am Gurker Dom, in Carinthia I 120 (1930) 1-10.

Kleine Mitteilungen: Neue Grabsteine in Gurk. - Geretteter Grabstein in Gurk, ibid. 30-31, 31-32.

Kleiner Gurker Domführer; 3. umgearb. Auflage; Klagenfurt, Buchdruckerei Carinthia, 1930; 8°, 171 pp., ill.

« Sand Jacob in der Griven ». - Achtung auf die Dokumente! - « Gotshaus Sanct Gilgen in der Zweynitz ». - Das ehemalige Augustiner-Chorherrenstift Gurk. - Das Geheimnis des Gurker Kreuz-Altares, in Fürs Kärntner Heim 1930, n. 2 pp. 1-5, n. 4 pp. 4-6, n. 6 pp. 2-4, n. 13 pp. 1-5, n. 14 pp. 1-3.

1931

Lieding. - Die Gurker Domtürme. - « Sand Niclas-Kirchen zu Straßburg », ibid. 1931, n. 1 pp. 1-7, n. 3 pp. 2-6, n. 4 pp. 1-6.

S. Hemma-Büchlein; Klagenfurt, Buchdruckerei Carinthia, 1931; 8°, 164 pp., ill.

Maria am Gestade (Maria Stiegen). Ein Führer für Heimische und Fremde; Wien, Prokuratur der Redemptoristen, 1931; 8°, 80 pp., ill.

Gurker Kleinigkeiten, in Carinthia I 121 (1931) 125-134.

1932

Gurker Kleinigkeiten, ibid. 122 (1932) 146-148.

Aus der Liturgie: 19+C+M+B 32. - Kerzen. - Asche und Palmen. - Osterweihen. - Salz und Wasser. - Von Blitz und Ungewitter. - Wachsen und Reifen. - Buchsegen. - Mutter und Kind, in St. Clemens-Blätter (Wien) 4 (1932) 24-26, 56-58, 89-91, 120-122, 152-154, 185-187, 215-216, 315-316, 376-378.

Die Gurker Domrestaurierung vom Standpunkt der Pastoral, in Korrespondenzblatt für den kathol. Klerus (Wien) 51 (1932) n. 21 p. 203.

1933

« Contra Paganos ». Antibolschewikenmesse. - Die liturgische Erziehung des heranwachsenden Klerus. - Dilexi decorum domus tuae. - Onus breviarii, ibid. 52 (1933) n. 2 pp. 18-19, n. 6 pp. 56-57, n. 6 p. 57, n. 11.

Aus dem Klosterleben: Von der theologischen Lehranstalt Mautern. - Der Turm des hl. Clemens? - Das Bibliothekskreuz, in St. Clemens-Blätter 5 (1933) 16-17, 83-84, 113-114.

1934

Adventus, in Ephemerides Liturgicae 48 (1934) 455-464.

1935

Ober-Pullendorfer Gleichenfeier, in St. Clemens-Blätter 7 (1935) 297-300.

Künstlerische oder liturgische Kirchengestaltung, in Korrespondenzblatt für den kathol. Klerus 54 (1935) n. 20 pp. 280-281.

1936

Die historische Abteilung der Ritenkongregation. - Vom römischen Pfarrwesen, ibid. 55 (1936) n. 3 pp. 35-37, n. 8 pp. 115-116.

St. Clemens-Kirche im Burgenland [Ober-Pullendorf]. - Mauterner Fronleichnam, in *St. Clemens-Blätter* 8 (1936) 72-75, 174-175.

1938

Die hl. Hemma von Gurk, in *Katholische Kirchenzeitung* (Salzburg) 78 (1938) n. 26 pp. 201-202.

St. Hemma in der Heimstunde, in *Die Heimstunde. Bildungsblatt für kathol. Mädchen* (Wien) 6 (1937/38) 179-181.

Wie steht's mit Pater Janauschek?, in *St. Clemensblätter* 10 (1938) 135-136, 200-201.

1939

Heiligsprechungsprozeß und Heiligsprechungsfeier des hl. Alfons Maria von Liguori, ibid. 11 (1939) 105-113, 162-164, 187-189.

1942

Il più antico Sermonario di San Pietro in Vaticano, in *Rivista di Archeologia cristiana* (Roma) 19 (1942) 143-183.

1949

Il codice Ms A 14 della Biblioteca Vallicelliana (del sec. IX) e il suo contributo alla liturgia romana, in *Miscellanea liturgica in hon. L. Cuniberti Mohlberg* (= *Bibliotheca « Ephemerides Liturgicae »* 23), Roma 1949, II 245-266.

Die Kanonisationen des Heiligen Jahres, in *Ohne Gott - Ohne Glück! Anno Santo 1950*, Innsbruck 1949, 56-71.

Papstaudienz, in *Klemensblätter* 15 (1949) 207-211.

1950

Rund um das Heilige Jahr, ibid. 16 (1950) 190-192.

« Ich glaube... an die Auferstehung des Fleisches... und an die Himmelfahrt Mariä ». - *Ist Maria gestorben?*, ibid 16 (1950) 227, 253-254.

1951

L'influsso di S. Clemente M. Hofbauer sul romanticismo tedesco, in *Italia Cattolica* (Roma) 4 (1951) 91-92.

Bemerkungen zur Osternachtfeier, in *Theol.-prakt. Quartalschrift* 99 (1951) 352-354.

1952

Grundsätzliches zur Osternachtfeier, ibid. 100 (1952) 217-231. - versio anglica a Ioanne I. HARBRECHT: *The Easter Eve Solemnity ... Its fundamental notions*; Searcy (Arkansas), Life and Light Press, 1954; 8°, 23 pp. - versio

neerlandica a Luca BRINKHOFF OFM: *Enige belangrijke aantekeningen bij de Paasnachtviering*, in *Tijdschrift voor Liturgie* (Abdij Affligem) 36 (1952) proefnummer (fasc. ut specimen distribut.). - nova elaboratio anglica: *We must celebrate the Easter-Night*, in *Worship* (Collegeville, Minnesota) 27 (1952/53) 161-171. - summa dissertationis lingua italica: *Questioni di principio intorno alla Vigilia Pasquale*, in *Ephemerides Liturgicae* 67 (1953) 3-8. summa diss. lingua germanica: *Die neue Osternachtfeier von Rom aus gesehen*, in *Benediktinische Monatschrift* (Beuron) 28 (1952) 407-411. - summa diss. lingua francogallica: *Pourquoi la Vigile pascale a-t-elle été restaurée?*, in *La Maison-Dieu* (Paris) 1952, n. 32 pp. 167-170.

La « generalessa » viterbese [beata Rosa Venerini], in *Ecclesia* (Città del Vaticano) 11 (1952) 222-224.

Osternachtfeier oder Heimholung des Paradieses, in *Klemensblätter* 18 (1952) 48-49.

Von der Pappschachtel auf den Altar [de Causa beatae Rosae Venerini], ibid. 102-104.

Das «heilige Experiment» in Mautern. - Großjubiläumsfeier in Puchheim, ibid. 123-124, 148-149 (pseud.: Spektator).

1953

Wallfahrtskirche Puchheim zur Basilika erhoben, ibid. 19 (1953) 5-8.

Il Sacro Cuore di Gesù nella storia liturgica, in *Rivista Liturgica* (Badia di Finalpia) 40 (1953) 209-217.

Die liturgische Reform des « Sacrum Triduum », in *Heiliger Dienst* (Salzburg) 7 (1953) 87-98. - versio francogallica: *La réforme liturgique du Triduum Sacrum*, in *Les Questions liturgiques et paroissiales* 35 (1954) 9-21. - versio italica: *La riforma liturgica del « Triduum Sacrum »*, in *Rivista Liturgica* 41 (1954) 118-130. - versio hispanica: *La reforma liturgica del Triduum Sacrum*, in *Lumen* (Vitoria) 3 (1954) 152-158; alia versio hispanica: *La reforma del Triduo Sacro*, in *Liturgia* (Silos) 10 (1955) 94-98. - summa dissertationis lingua francogallica: *Vers la réforme de la liturgie des jours saints*, in *La Maison-Dieu* 1954, n. 37 pp. 125-127.

In piam memoriam R.mi Patris Generalis Leonardi Buijs CSSR, in *Spicilegium Historicum CSSR* (Roma) 1 (1953) 11-58 (socius studii: A. Sampers).

De nomine Alfonso, ibid. 114-118.

Excerpta ex epistulis P.is Ioannis Ph. Roothaan, Praep. gen. SI, in *quibus de nostris agitur*, ibid. 240-244.

Bibliographia hofbaueriana, 1938-1953, ibid. 271-282.

1954

Series Moderatorum generalium CSSR eorumque Vicariorum et Consulorum, ibid. 2 (1954) 9-83, 225-279 (socius studii: A. Sampers).

Documenta de S. Paula Di Rosa (Soror Maria Crucifix) et de Missione in Acquafridda, 1847, ibid. 87-104.

*Documentum admissionis P. is Passerat tamquam « Superior Supremus »
CSSR in Statibus Austriacis, 1822, ibid. 205-207.*

Editio manuscripti : La pratica dell'osservanza regolare nel Collegio principale della Congregazione del SS.mo Redentore in Nocera de' Pagani minuziamente esposta dal P. Francesco Springer, ibid 295-364.

Über die Liturgiereform, in Heiliger Dienst 8 (1954) 107-122.

Rituale vivo dei sacramenti, in Ephemerides Liturgicae 68 (1954) 157-159.

*Pensieri sull'orazione, in Mattino. Orientamenti dello Spirito 7 (1954)
n. 2 pp. 2-3, n. 3 pp. 8-9, n. 4 pp. 2-4, n. 5 pp. 6-7 + 21, n. 6 pp. 4-5, n. 7
pp. 2-3, n. 8 pp. 2-3 + 7, n. 9 pp. 2-3 + 20, n. 10 pp. 2-4.*

1955

*Bemerkungen zu den Selig- und Heiligsprechungen, in Theol.-prakt.
Quartalschrift 103 (1955) 89-102.*

Priesterliche Frömmigkeit und Rubrikenvereinfachung. Randbemerkungen zum Generaldekret der Ritenkongregation, ibid. 177-196. - versio neerlandica a Henrico BOELAARS CSSR : Priesterlijke vroomheid en vereenvoudiging der rubrieken, in Nederlandse Katholieke Stemmen 51 (1955) 233-248.

*Sulla frequenza dell' « Officium Sanctae Mariae in Sabbato » secondo il
vecchio e il nuovo stato delle rubriche, in Ephemerides Liturgicae 69 (1955)
336-346.*

*Official Diocesan Liturgical Commissions, in Worship 29 (1954/55) 439-
449.*

1956

*Eine Großaufgabe der Seelsorge : Die Erneuerung der Karwochenliturgie
durch Pius XII., in Theol.-prakt. Quartalschrift 104 (1956) 5-21. - etiam
sub eodem titulo sed sine adnotationibus in libro Die Feier der hl. Woche.
Ein Werkbuch, Trier 1956, 37-59. - versio anglica : The new Holy Week
Liturgy, a pastoral opportunity, in Worship 30 (1955/56) 94-113. - versio
neerlandica a Henrico BOELAARS CSSR : De vernieuwing van de Liturgie der
Goede Week door Pius XII. Een belangrijke taak voor de zielzorg, in Nederl.
Kathol. Stemmen 52 (1956) 2-20.*

*Bemerkungen zum « Ordo Hebdomadae Sanctae instauratus », in Heiliger
Dienst 10 (1956) 4-12. - versio neerlandica : Bemerkingen bij de « Ordo
hebdomadae sanctae instauratus », in Tijdschrift voor Liturgie 40 (1956)
18-28.*

*De sacris Missionibus notitiae historicae et documenta. I De Missione in
Nocera, 1823; II De Missione in Finale, 1837, in Spicilegium Historicum
CSSR 4 (1956) 25-43, 44-67.*

Ordo sumendi habitum CSSR, ibid. 221-258.

Die Mission von Hagenau, 1826, ibid. 280-339 (socius studii : A. Sampers).

De recta scriptura vocabuli « Tschupru », ibid. 485-488.

1957

Ordo faciendi professionem CSSR, ibid. 5 (1957) 3-43.

De precatione pro « Infantibus nondum natis » vel « nondum baptizatis » notitiuncula, ibid. 116-122.

De nomine Alfonso additamentum, ibid. 122-123.

« *Gloria Patri in honorem S. Floriani et S. Agathae* ». *De invocatione, ex antiqua traditione transalpina, in quibusdam Provinciis hodie quoque conservata*, ibid. 123-133.

Opusculum ignoratum P. is Haringer CSSR: « *Innocenz XI. und die Befreiung Wiens, 1683* », ibid. 135-136.

Caesaris Sportelli scripta quaedam minora publicantur aut prima vice aut emendata iterum, ibid. 225-236.

Zwischen « Assisi » 1956 und Karwoche 1957. Eine pastoral-liturgische Umschau, in *Heiliger Dienst* 11 (1957) 2-9. - versio anglica: *Assisi 1956 and Holy Week 1957*, in *Worship* 31 (1956/57) 236-247.

La settimana santa restaurata e la pastorale liturgica, in *Rivista Liturgica* 44 (1957) 79-92.

Over de geest van de Goede Week-hervorming, in *SS.ma Eucharistia* (Nijmegen-Brussel) 49 (1957) 34-40.

Zum neuesten Tabernakeldekret (1. Juni 1957), in *Heiliger Dienst* 11 (1957) 84-89. - versio anglica: *Tabernacle and Altar. Commentary*, in *Worship* 31 (1956/57) 572-580. - versio hispanica: *Sagrario y altar*, in *Kyrios* (Buenos Aires-Montevideo) 1 (1958) 246-252.

1958

Die neue « Instructio de sacra Musica et sacra Liturgia » vom 3. September 1958, in *Heiliger Dienst* 12 (1958) 109-117. - etiam sub eodem titulo in *Erbe und Auftrag* (Beuron) 35 (1959) 57-64. - versio neerlandica a Henrico BOELAARS: *De nieuwe Instruktie over kerkmuziek en liturgie*, in *Nederl. Kathol. Stemmen* 54 (1958) 375-384. - versio hispanica: *La nueva Instrucción* in *Revista Liturgica Argentina* (Buenos Aires) 24 (1959) 42-50. - versio anglica: *The new Instruction*, in *Worship* 33 (1958/59) 2-13.

De aestimatione S.i Alfonsi in Germania testimonia recentia, in *Spicilegium Historicum CSSR* 6 (1958) 481-484.

Agnoscuntur S.i Clementis M. Hofbauer merita circa restorationem catholicam in Austria, ibid. 484-485.

1959

Editio manuscripti: Allocutio S.i Pii X habita occasione approbationis miraculorum pro Canonizatione S.i Clementis, ibid. 7 (1959) 5-12.

De S.o Clemente testimonia nondum edita, ibid. 87-109 (socius studii: A. Sampers).

Brevia dicta de historia polonica et de nostris in Polonia, 1807-1847, ibid. 113-117.

P. Rudolfus von Smetana, biographus S.i Clementis M. Hofbauer, ibid. 188-200.

De Causis « historicis » Beatificationis nostrorum Servorum Dei brevis commentatio, ibid 357-429.

1960

Nachwort zur Instruktion über Kirchenmusik und Liturgie, in *Theol.-prakt. Quartalschrift* 108 (1960) 1-13.

Il Motu proprio « Rubricarum instructum » e il nuovo Codice di rubriche per il Breviario e il Messale Romano, in *L'Osservatore Romano*, 2 sett. 1960, p. 3. - versio anglica a Gerardo WATSON: *The new Code of Rubrics*, in *The Furrow* 11 (1960) 667-675. - versio germanica: *Das Motu proprio « Rubricarum instructum » und der neue Kodex der Rubriken für das Römische Brevier und Missale*, in *Heiliger Dienst* 14 (1960) 67-72.

Il Motu proprio « Rubricarum instructum » e il nuovo « Codice » delle rubriche, in *Palestra del Clero* (Rovigo) 39 (1960) 934-937.

Le nouveau Code des rubriques du Bréviaire et du Missel, in *Liturgie et Vie chrétienne* nn. 20-21 (1960) 5-12.

De nieuwe Codex der rubrieken, in *Nederl. Kathol. Stemmen* (Zwolle) 56 (1960) 313-328.

Der neue Rubrikenkodex. Ausschnitte und Randglossen, in *Der Seelsorger* (Wien) 31 (1960/61) 64-77. - etiam sub eodem titulo in *Theologisches Jahrbuch* (Leipzig) 1962, pp. 531-548.

De initiis Hospitii romani S. Mariae in Monterone, 1814-1820, in *Spicilegium Historicum CSSR* 8 (1960) 40-65 (socius studii: A. Sampers).

Notitiae de primis Missionibus in Helvetia, 1828-1833, ibid. 347-390 (socius studii: A. Sampers).

1961

In piam memoriam R.mi Patris Generalis emeriti Patricii Murray CSSR. I De vita Patricii Murray usque ad assumptionem in summum Moderatorem, 1865-1909, ibid. 9 (1961) 3-20.

Fontes tannoiani, ibid. 370-372.

Curiosa quaedam ex libris recenter editis, ibid. 253-259.

E' uscito il « totum », ossia l'edizione tipica 1961 del Breviario romano, in *L'Osservatore Romano*, 15-16 maggio 1961, p. 7.

The new Rite of consecration [of a church], in *Worship* 35 (1960/61) 527-536.

Brevierreform, in *Anima* (Freiburg/Schw.) 16 (1961) 299-314.

Curavit introductionem, textus editionem, adnotationes libri: *La consacrazione di una chiesa secondo l'edizione tipica emendata del Pontificale romano*; Città del Vaticano, Libr. editr. Vatic., [1961]; 16°, 131 pp.

1962

La nuova edizione tipica del Pontificale Romano, in *L'Osservatore Romano*, 14 genn. 1962, p. 6, et 11 febbr. 1962, p. 2.

Curriculum vitae Patris Adam Pfab, 1821-1906, in Spicilegium Historicum CSSR 10 (1962) 464-467.

Collectanea lectionis, ibid. 481-483.

In eximio opere *Encyclopedie Cattolica* vol. I-XII, Città del Vaticano, Ente per l'Encyclopedie Cattolica e per il Libro Cattolico (editionem ipsam curavit « Casa editrice G.C. Sansoni, Firenze »), 1949-1954, RP. Löw sequentia vocabula tractavit:

Vol. I [1949]

- | | |
|-----------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| Adalberto, arcivescovo di Magdeburgo. - col. 263-64 | Alberto I (Albrecht), re di Germania e duca d'Austria. - col. 690-91 |
| Adalberto di Praga, santo. - col. 264 | Alberto (Adalbert) di Oberaltaich. - col. 692 |
| Adelaide (Adelheid), imperatrice, santa. - col. 295 | Alberto di Riga (o di Buxhövden). - col. 694 |
| Adriano di Nisida. - col. 338 | Alessandro, vescovo e patrono di Fiesole. - col. 783 |
| Afra, santa. - col. 377 | Altmanno, vescovo di Passavia, santo. - col. 936-37 |
| Agria (Eger), Arcidiocesi di. - col. 572-73 | Amboise, Georges d'. - col. 983-84 |
| Aimerico de Mailfaye. - col. 601 | Ammonio, santo. - col. 1087 |
| Alamanni. - col. 620 | Amolo, vescovo di Lione. - col. 1093 |
| Alani. - col. 622 | Anastasio, apostolo dei Magiari, santo. - col. 1153 |
| Alba Julia, Diocesi di. - col. 633-34 | Aquisgrana (Aachen), Diocesi di. - col. 1729-31 |
| Alba Reale, Diocesi di. - col. 654 | Arriberto (Haribert, comunemente Heribert), arcivescovo di Colonia, santo. - col. 1894 |
| Alberto di Bardowik. - col. 688 | |
| Alberto di Behaimb. - col. 689 | |
| Alberto I (Albrecht) di Brandeburgo. - col. 689 | |

Vol. II [1949]

- | | |
|-----------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------|
| Arnoaldo, vescovo di Soissons. - col. 7 | Austria. II <i>Storia del cristianesimo</i> . - col. 433-49 |
| Arnone, arcivescovo di Salisburgo. - col. 8-9 | Baij, Maria Cecilia. - col. 699-700 |
| Assunzione. II <i>L'A. nella liturgia</i> . - col. 208-10 | Barbarigo, Marco Antonio. - col. 819-20 |
| Attilano, vescovo di Zamora, santo. - col. 339 | Beatificazione. II <i>La B. nella storia</i> . - col. 1096-1100 |
| Augusta (Augsburg), Diocesi di. - col. 395-97 | |

Vol. III [1950]

- | | |
|---------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|
| Burgenland, Amministrazione apost. di. - col. 229-30 | Carlo VI, imperatore. - col. 847 |
| Calendario della Chiesa Universale. - col. 364-72 | Celtes (Celtis), Conrad. - col. 1275-76 |
| Canone della Messa. XIII <i>I santi del C.</i> - col. 548-49 | Cernauti (Czernowitz). - col. 1321 |
| Canonizzazione. II <i>La C. nella storia</i> . - col. 571-607 | Cero pasquale. - col. 1322-24 |
| | Cisterciensi. <i>Congregazione cisterciense d'Italia</i> . - col. 1743-44 |
| | Clemente Maria Hofbauer, santo. - col. 1857 |

Vol. IV [1950]

- | | |
|----------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|
| Comes (liber comitis, liber comicus). - col. 44-45 | Cuspinian, Johann. - col. 1095 |
| Commune Sanctorum. - col. 68-70 | Dedicazione, Rito della. <i>Dedicazione « angelica »</i> . - col. 1293-94 |
| Crepitacolo. - col. 846-47 | Deshages, Gabriel. - col. 1473 |
| Crotalo (Krotalon, crotalum). - col. 1024 | Dottori della Chiesa. II <i>Liturgia</i> . - col. 1903-06 |

Vol. V [1950]

Emma (Hemma) di Gurk, santa. - col. 310-11 Fratelli della Istruzione cristiana di San Gabriele. - col. 1706-07

Vol. VI [1951]

Göss. - col. 937
 Göttweig. - col. 963
 Gurk, Diocesi di. - col. 1310-13
 Hecker, Isaac Thomas. - col. 1383-84
 Heiligenkreuz. - col. 1393-94

Heimbucher, Maximilian Joseph. - col. 1394-95
 Herzogenburg. - col. 1426-27
 Immacolata Concezione. III *Storia della Festa in Occidente*. - col. 1659-62
 Indulgenze. - col. 1901-07

Vol. VII [1951]

Innsbruck. - col. 40-41
 Kellner, Karl Adam Heinrich. - col. 670
 Kellner, Lorenz. - col. 670-71
 Kremsmünster. - col. 746-47
 Lambach. - col. 835-36
 Lectorium. - col. 1014-15
 Libri liturgici. III *L. l. attuali della Chiesa Romana*. - col. 1303-06
 Lilienfeld. - col. 1350

Linz, Diocesi di. - col. 1391-92
 Liturgia. VI *La L. come scienza teologica*. - col. 1442-43
 Liturgia. VII *La L. come fonte dogmatica*. - col. 1443-44
 Liturgia. VIII *L. e pietà*. - col. 1444-46
 Lorch. - col. 1532
 Lucia Filippini, santa. - col. 1624

Vol. VIII [1952]

Maria nella liturgia occidentale dal medioevo ai giorni nostri. - col. 97-104
 Mariazzell. - col. 154-55
 Massimiliano di Lorch, santo. - col. 301
 Melk. - col. 646-47
 Millstatt. - col. 1011-12

Natale. - col. 1667-73
 Natività di Maria SS.ma I *Liturgia*. - col. 1678-80
 Nome di Gesù, Festa del. - col. 1919-20
 Nome di Maria, Festa del. - col. 1920

Vol. IX [1952]

Octavarium Romanum. - col. 62-63
 Ognissanti. - col. 86-90
 Ossiach. - col. 428
 Ottava. - col. 451-53
 Pace, Strumento di. - col. 499-500
 Passavia (Passau), Diocesi di. - col. 911-14
 Peutinger, Konrad. - col. 1308

Pez (Petz), Bernard. - col. 1309
 Pez (Petz), Hieronymus. - col. 1309
 Pirkheimer (Pirckheimer), Charitas. - col. 1559
 Pirkheimer (Pirckheimer), Willibald. - col. 1559
 Presentazione di Maria SS.ma. - col. 1966-68

Vol. X [1953]

Prostrazione. - col. 167
 Purificazione (Candelora), Festa della. - col. 341-45
 Raffaele, santo. II *Liturgia*. - col. 470-71
 Reichersberg. - col. 669
 Rein (Reun). - col. 676-77
 Rezia (Rhaetia et Vindelicia). - col. 842-43
 Rituale Romano. - col. 1010-16
 Rosario, Festa del. - col. 1351-52
 Rudigier, Franz Josef, ven. - col. 1431
 Ruperto (Hruobert, Ruprecht), santo. - col. 1445-46

Sacra Famiglia. I *Liturgia* - col. 1551-52
 Salisburgo. - col. 1669-78
 Sankt Florian. - col. 1780-82
 Sankt Lambrecht. - col. 1782-83
 Sankt Paul im Lavanttal. - col. 1783
 Sankt Peter e Nonnberg. - col. 1783-85
 Santi, Culto dei. III *Conferma del C.* - col. 1855-56
 Sant'Ippolito (Sankt Pölten), Diocesi di. - col. 1863-64


Vol. XI [1953]

- Schmalzl, Maximilian. - col. 74
 Secovia (Seckau), Diocesi di. - col. 219-22
 Seitenstetten. - col. 267-68
 Simbolo e simbolismo liturgico. - col. 616-21
- Stams. - col. 1199
 Stazione liturgica. - col. 1291-97
 Temporale. I *Nella Chiesa Latina.* - col. 1905-07

Vol. XII [1954]

- Theologisch-praktische Quartalschrift. - col. 51-52
 Titolari delle chiese. - col. 149-52
 Trasfigurazione. III *La festa liturgica della T.*
 - col. 439-40
 Tribunali ecclesiastici. I *Penitenzieria apostolica.* - col. 495-97
 Triduo, Ottavario (Ottiduo), Novena. - col. 516-19
 Tschiderer zu Gleifheim, Johann Nepomuk von. - col. 588-89
 Venerini, Rosa, beata. - col. 1184
- Vienna (Wien, lat. Vindobona), Arcidiocesi di. - col. 1393-1404
 Viktring. - col. 1422-23
 Virgilio, abate-vescovo di Sankt Peter dī Salisburgo, santo. - col. 1458-59
 Visitazione di Maria SS.ma. - col. 1499-1501
 Vitale, abate di Sankt Peter e vescovo dī Salisburgo, santo. - col. 1519-20
 Volfango (Wolfgang), santo. - col. 1583-84
 Vorau. - col. 1625
 Wilhering. - col. 1685-86
 Wilten. - col. 1694-95
 Zwettl. - col. 1835

DOCUMENTA



RAYMUNDUS TELLERÍA

S. ALFONSI ADSCRIPTIO MILITIAE ECCLESIASTICAE
iuxta Regesta Curiae Neapolitanae.

Quoniam decurrente an. 1962 in memoriam revocavimus S. Alfonsi ascensionem ad culmen dignitatis episcopaloris, edere aequum ducimus Acta Curiae neapolitanae, quibus connotati fuerunt illius primi ac successivi gressus versus militiam ecclesiasticam. Prostabant quidem apud eiusdem Curiae archivum paucos abhinc annos fasciculus locuples in sectione sacrorum patrimoniorum (n. 9324), ubi congesta tenebantur documenta, quae a S. Alfonso clero tempестive superioribus suis ecclesiasticis porrecta erant. Diximus « fasciculum locupletem », utpote coacervatum quadraginta quattuor instrumentis diversae originis ac variae significationis. Aderant v.gr. fides sui baptismi et confirmationis necnon transumptum matrimonii suorum parentum; litterae testimoniales semel atque iterum prolatae (ante singulos ordines sacros) tum parochi S. Michaëlis « a Segno », cui ille subiacebat tanquam clericus, tum secretarii Missionum Apostolicarum quibus inhaeserat, tum P. is Vincentii Cuttica lazariastae adserentis participationem « semel saltem in mense » S. Alfonsi exercitiis dominicalibus atque sacris caeremoniis addiscendis apud PP. Missionis in suburbio « Virginum »; titulus patrimonialis ordinando constitutus a D. Iosepho de Liguoro, una cum pluribus adnexis instrumentis, quae patrimonii institutionem reddebat iuridice stabilem atque efficacem. Et sic porro.

Dolemus equidem quod praefatus fasciculus ex loco suo mox disparuerit: prius nempe quam facta esset eiusdem accurata transcriptio. Interea spes manet futurum fuisse ut in definitiva, quae nunc inchoatur, archivi dispositione reperiatur denuo fascis distracta et in lucem tandem producatur. Ne autem similis distractio afficeret alia documenta, haec in antecessum exscriptimus ex originali fonte eaque hodie vulgamus, quamvis nimii momenti haud videantur. Nulla aut fere nulla indigent explicatione vel praevio commentario; quamobrem dumtaxat adiecimus singulis documentis quaedam notanda atque in adnotationibus ad calcem paginae subdidimus unam alteramve notitiam super his sociis a S. Alfonso praecognitis in fraterno itinere versus altare et qui deinceps, labentibus annis, cum ipso amicitiam sartam tectam coluerunt. Dulci equidem imperio amicitiae S. Alfonsus, quamdiu vixit, semper et ubique stetit: adeo ut amicorum cultus seu frequentia devenerit in-

dolis suae humanae tessera nobilissima, roborata oleo necessitudinis supernaturalis per divinam gratiam diffuso. Extra sociorum ambitum bis comparet in documentis adnexis can. Petrus Marcus Gittio, cuius partes in moderando Seminario neapolitano fuerunt pariter primae in promovendo curriculo ecclesiastico S. Alfonsi (1).

DOCUMENTA

I

De primae Tonsurae receptione.

Arch. di Curia, Registrum Ordinatorum, 1711-1727, f. 161

Die sabato Quattuor Temporum post crucem vigesima tertia mensis septembris 1724. Omnes infrascripti fuerunt per Ill.mum et R.mum D.num Salvatorem Miroballum (2), Patritium Nea-

(1) Petrus Marcus Gittio (seu Gizzio) « e Montoya », prout ipse interdum sese subscribit gerens morem traditioni gentis suae, erat S. Alfonsi sensu latiori avunculus ac seminarii neapolitanum tanquam rector gubernavit ab an. 1701 usque ad annum saltem 1741, in quo condidit suum testamentum atque intra illud sepsit voluntatem suam de iuribus in rectoratu adquisitis. Ad tempus tamen collaboratorem aut substitutum habuit can. D. Carolum Maiello, mox archiepiscopum Emessinum, qui an. 1724 in subcitando processu consistoriali Rev.mi Dominici Invitti affirmat tanquam testis: « Saranno venti anni in circa che tengo cognitione del Sig. D. Domenico Invitti con l'occasione che in quel tempo io ero rettore del Seminario di Napoli, et esso veniva qualche volta a trovarmi ». Super relationibus inter S. Alfonsum et can. Petrum Marcus Gittio testatur P. Vincentius M^a Farao ex Oratorio S. Philippi neapolitano: « Ho conosciuto Mgr. Ligorio nella sua fanciullezza Avendo conferito suo desiderio [vocationis ecclesiasticae] col Sig. can. Gizzio, suo zio, col suo mezzo ed efficacia otteneva dal di lui padre il permesso di lasciare l'impiego del Tribunale ed applicarsi allo studio ecclesiastico sotto la cura e la direzione di d^o Sig. can. Gizzio, con cui regolandosi sempre si applicò allo studio delle scienze necessarie per d^o nuovo stato...: si dispose a ricevere tutti gli ordini sacri ed il sacerdozio sotto la guida e savia condotta di d^o Sig. can^o Gizzio, suo zio ». AG, XXVI, 22. Notum est historicis alfonianis quot et quanta adhuc persistent dubia circa curriculum studiorum ecclesiasticorum a S. Alfonso peractum ac circa scholas ac magistros, quibus ille usus est. Super can. D. Petro Marco Gittio, cfr Spic. hist. 8 (1960) 410, 439. Ampliores notitias praeponemus illius testamento, in lucem edendo quando placuerit Domino.

(2) Rev.mus Salvador Miroballo, ex ducibus Campomele, utriusque iuris doctor, in universitate romana (« Sapienza ») insignitus fuit an. 1717, aetatis suae 35, titulo archiepiscopali ecclesiae Nazarethanae: de facto autem huic titulo adnecetebatur regimen civitatis, cui nomen Barletta. Arch. Vat., Proc. Consist., an.: 1717, v. 106, f. 211-219: Nazaren. - Ab initio novit difficultates ad obtinendum regium exequatur. (Ibid., fondo Albani, v. 46, f. 146, 151, 169). Perreverunt difficultates annis sequentibus, tum cum regiis ministris, tum cum vicina Curia civitatis Trani: adeo ut die 15 mensis iulii an. 1724 rescriberet ipse card. Paolucci desiderans « essere sollevato da tante angustie sofferte e patite in questa chiesa nazarena, che da sette anni viene da me governata, non avendo un momento de respiro per li tanti taccoli e controversie, che sono state tanto con Regij ministri, quanto con la Curia di Trani ». Ibid. Vescovi, v. 141, f. 157. - Quae omnia confirmat die 22 iulii deprecans ipsum cardinalem « mio consecratore », ut verba cum S. Pontifice faciens assignent ipsi quoddam officium in Curia Romana: « godere qualche nichia in cotesta Alma Città » (f. 171). Interea Neapoli commorabatur apud card. Pignatelli (« che con occhio parziale mi rimira ») ideoque facile explicantur eiusdem publici actus tam in conferendis sacris ordinibus, quam in aliis solemnitatibus. Sic v.gr. mense agosto an. 1723, adstantibus duodecim episcopis, in S. Domenico Maiore canit ipse missam de requie pro Nuntio Mgr. Vicentini corpore praesente

politanum, U[triusque] J[uris] D[octorem] ac S[acrae] T[heologiae] P[rofessore]m, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopum Nazarenum ac Adiutorem Cathedralium Cannarum et Montis Viridis Episcopum, promoti et ordinati ad infrascriptos ordines respective, generales ordinationes celebrantem in Altari Maiori S. Restitutae intus Metropolitanam Ecclesiam Neapolitanam pro Em° et Rm° D.no card.li F.co Pignatelli Archiepiscopo Neapolitano eius vice; et sunt numero septuaginta novem: Primae Tonsurae viginti tres, Ordinum Minorum sexdecim, Subdiaconi decem, Diaconi sexdecim et Presbyteri quattuordecim, praesentibus D.no D. Petro Casimiro de Duce, can.co secretario, D. Domenico Bordilletti, D. Blasio Filardo et aliis.

Ad primam Clericalem Tonsuram:

D. Alphonsus de Liguoro, Patritius Neapolitanus.

Notanda: S. Alphonsus primum in elenco locum tenet isque est unicus cui adsignatur qualificatio « patritia », magni olim aestimata. Inter tonsurandos inveniuntur tres dominicani « cum obedientia eorum Superioris », quattuor carmelitani simpliciter, sex carmelitani « strictioris observantiae », tres carmelitani « discalceatorum »: universi tamen « Ordinis carmelitarum... cum obedientia eorum Superioris ».

II

De quattuor Ordinum Minorum receptione.

Arch. di Curia, 1. cit., f. 172

Sabato Quattuor Temporum post crucem die vigesima tercia mensis septembbris [lege: decembris] 1724. Omnes infrascripti fuerunt per Ill.mum et R.mum D.num Salvatorem Miroballum, U[triusque] J[uris] D[octorem] ac S[acrae] T[heologiae] Professorem, Patritium Neapolitanum, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopum Nazarenum ac Administratorem Cathedralium Cannarum et Montis Viridis Episcopum, promoti et ordinati ad infrascriptos Ordines respective, generales ordinationes celebrantem in Altari Maiori Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae pro E.mo et R.mo D.no card.li Franc° Pignatelli, Archiepiscopo Neapolitano eius vice; et sunt numero nonaginta unius: Primae Ton-

Ziedaar dan, Hoogeerw. Paters Superiors, in het kort den staat onzer Congregatie voor het tegenwoordige, die wij echter hopen meer en meer tot volmaaktheid te brengen, door een solied Noviciaat in te richten en goede studiejaren, om de Broeders te vormen tot goede onderwijsers en opvoeders, ten einde door hen de H. Kerk en haar edel maar noodlijdend deel der jeugd ter hulpe te komen door het onderwijs en de opvoeding, en aldus het christendom zooveel mogelijk te verbeteren en te vernieuwen.

Indien de Eerw. Paters Redemptoristen de werkzaamheid onzer Congregatie verlangen voor de Duitsche jeugd, die onder hun bereik zullen vallen, met dat groot plan zijn wij bereid volgens onzen geest voor een deel

de hand aan deze werking te leggen, als aan de Congregatie dit onderstaande wordt toegestaan.

Vragen wij van de Eerw. Paters Redemptoristen dat ons vergund wordt: 1º dat wij altijd een Pater mogen bekomen voor biechtvader der Broeders; 2º dat de Paters ons de geestelijke retraite prediken; 3º dat wij verzekerd zijn van hunne sermoenen, geestelijke onderwijzingen over het klooster- en religieuze leven te mogen verwachten volgens den geest van onzen Regel en Constitutiën; 4º dat de Oversten onzer Kloostergemeenten, die in Amerika zullen zijn, eenen Pater Redemptorist voor raadsman kunnen hebben in de religieuze bestiering van zijn onderhorige Broeders.

Daar de school de geest niet is van de Eerw. Paters Redemptoristen, zoo zijn wij wel bereid wegens alles op onszelven te blijven volgens onze Regel en Constitutiën, als wij het boven genoemde maar van de Eerw. Paters mogen bekomen. Voor het tegenwoordige staat onze geheele Congregatie onder oppergezag van Zijne Hoogw. den Bisschop van Brugge.

Ik verhoop van UHEw. een gunstig antwoord.

Ik ben UHEw. dienaar
T.J. Rijken.

Doc. 9. - *Lettre de Rijken au père Bayer, supérieur à Buffalo, au sujet des conditions de cette coopération; mai 1845.* - Archives Xavériens, Rome. Copybook I 174-177.

Mai 1845

Ehrwürdiger Vater Bayer!

Es hat mich sehr geschmerzt, dass ich Eu.Ew. als Sie auf Ihrer Reise nach Amerika durch Brügge gekommen sind, nicht habe sprechen können. Ich hatte den Superior der Redemptoristen alda verkehrt verstanden, und meinte dass Eu.Ew. einen Tag später ankommen sollten, und so kam ich erst Abends an, als Sie des Morgens schon abgereist waren. Ich sende Ihnen also hierbei eine Vorstellung, welche ich Eu.Ew. alsdann behändigen wollte; ich habe dieselbe auch dem Hochw. Vater General Vikarius Ihrer Versammlung aus Wien zugestellt. Belieben Sie mir denn baldigst zu schreiben, wie es mit der Sache, welche ich Ihnen jetzt vorstelle, und worüber wir bereits in St Trond zusammen gesprochen [haben], steht. Jedennfalls wünschte ich im nächsten Sommer 1846 Brüder nach den Vereinigten Staaten zu senden. Sie wollen mir also möglichst schnell in Kenntniss setzen, wie der Herr Provinzial Vater Held darüber denkt, ob er unsere Mitwirkung, auf der Art wie es im beifolgenden Schreiben vorgestellt wird, verlangt, wann und auf welcher Weise Sie uns begehrten würden. Ich wünschte in kürzester Frist eine Entscheidung zu haben; denn ich will mich darnach richten, um einen Beschluss zu nehmen, ob wir uns zu dem einen oder anderen in den Vereinigten Staaten wenden werden.

Ich übersende Ihnen hierbei ebenfalls Copie von einem übersetzten Briefe von Klosterfrauen, welche ich sehr gut kenne und mir schon über lange Zeit gesagt haben auf sie zu denken, wenn ich etwas für sie passendes

aus Amerika vernehmen würde. Da ich nun dachte, dass sie in diesem grossen Plane für die deutsche Colonie für die Mädchen sehr nützlich sein könnten, so habe ich ihnen diesen Vorschlag gethan, da die meisten ihrer Klosterfrauen niederdeutsch reden, das mit dem Hochdeutschen sehr viel Ähnlichkeit hat.

Diese Kloster-Gemeinschaft hat den von Rom gutgeheissenen dritten Regel der Penitenten vom H. Franziskus, halten Pensionat und lehren arme Kinder. Sie thun in den Holländischen West-Indien bereits viel gutes in Surinam. Seit dieser Zeit haben sie noch viele Postulanten bekommen; ich glaube, dass einmal die Anzahl der sollizitierenden vierzig waren. Die ganze Versammlung ist, wie ich glaube, achtzig bis neunzig stark. Ich war bereits im Bezitte des Briefes, wovon Sie beigeschlossen Copie finden, als Eu. Ew. hierdurch reisten, wo ich Sie darüber zu sprechen vorgenommen hatte; es würde mich deshalb sehr angenehm sein, recht bald zu wissen, ob Sie sich geneigt fühlen mit ihnen zu arbeiten, auf welcher Art, wann und wo, und werde die Antwort an sie gelangen lassen.

In einem der Briefe welche Eu. Ew. die Güte hatten von mir Mitzunehmen für Madame Parmentier zu Brooklyn b. New-York, war angemerkt, dass Sie Ew. Vater 50 Frs. bei sich hätten von mir zum Ankauf einer grossen Landkarte von ganz Nord-Amerika, *nicht bloss von den Vereinigten Staaten*. Ich habe Ihnen dieselbe aber, da Sie schon abgereist waren, nicht übergeben können. Demnach bitte ich Sie, dass wenn Vater Held noch dort ist beim Empfang dieses, denselben gütigst ansuchen zu wollen, dass er diese für meine Rechnung vorschiessen und zum Ankauf des obigen Gegenstandes an Madame P. gelangen lassen wolle. Diese Dame ist in New-York bei der Geistlichkeit sehr gut bekannt, selbst ist Vater Krügel [= Krutil] in ihr Haus gewesen. Indem Vater Held die 50 Frs. für mich vorschiessen wollte, könnte S. Ew. dieselbe beim gemelden Vater lassen, um sie an Madame P. zu behändigen; ich werde sie dann S. Ew. bei dessen Rükkehr wiedergeben. Diese Karte ist nicht für mich, sondern für einen Secretär von gewissen Bisschof.

Eu. Ew. können mir ins Deutsche antworten, jedoch ersuche [ich] Sie demüthigst dieses immer in lateinische Buchstaben thun zu wollen, anders kann ich's nicht lesen.

Ew. Vater, in Erwartung einer baldigen und günstigen Antwort bin ich Eu. Ew. Diener und Bruder in Christo.

Adresse: T.J. Rijken in dem Institute der Xaverianen, flamender Strasse [= Vlamingstr.] zu Brügge, Belgien in Europa.

Doc. 10. - *Lettre de Rijken au père Ottmann*, dans laquelle il reprend le même thème que dans la précédente; 8 juillet 1848. - Archives Xavériens, Rome. Copybook IV 232-233.

J.M.J.X.

Ehrw. Pater Provinzial,

Brügge, den 8. July 1848

Ihren Brief von den .. Juny habe ich empfangen und darin mit Freude gesehen, dass Eu. Ehrw. mit Theilnahme an unsrer Congregation denken.

Belieben Sie mich zu verschonen, dass ich Sie so lange auf meine Antwort habe warten lassen.

Ich vernahm die trüben Vorfälle in Frankreich und dachte, dass die Briefe deswegen könnten geöffnet werden, und alsdann sehend, dass mein Brief von geistliche Sachen handelte, derselbe vielleicht hätte können zurück gehalten werden. Doch da ich nun sehe, dass die Zeiten etwas ruhiger werden, habe ich es gewagt Eu.Ehrw. zu schreiben. - Da ich aber nicht sicher bin, dass dieser Brief noch in Ihre Hände kommen wird, so würde es mir sehr lieb sein, so Eu.Ehrw. einmal an die Ehrw. Patres Redemptoristen schreiben, bei Gelegenheit ein kleines Briefschen für mich einzulegen, ob Sie meinen Brief empfangen haben.

Nun zur Sache. Was die Vereinigung betrifft von uns mit die [=dem?] Ehrw. Herren Baillard [=Bayer?], antworte ich folgendes. Wir haben in unsren Constitutien festgestellt und dar selbst Gelübde auf gethan, dass allezeit ein Bruder von unsrer Congregation Oberer sein muss, so dass ich folgens diesen Grundregel den Wunsch von die [=dem?] Herren Baillard [=Bayer?], um unsre Congregation mit uns mit zu regieren, nicht befriedigen kann. - Später werde ich vielleicht wohl Gelegenheit haben, Ihnen meinen Wunsch zu kennen zu geben, von einer religiöse Einrichtung von Priester zu haben, beinahe auf der Weise wie Eu.Ehrw. einmal mit mir gesprochen haben, dass es dienlich sein würde so eingerichtet zu werden um gut zu sein.

Für diesen Augenblick bin ich sehr verlegen um junge Leute von 17 zu 24-25 Jahre alt, guten Beruf fürs Klosterleben und gelehrt um gute Schulbrüder zu werden, besonders als wie gut in der französischen Sprache Unterricht geben können. So Eu.Ehrw. solche für mich wissen würden, bitte ich Sie an mir zu denken. Sie würden mir damit viel Vergnügen machen, besonders einen der in der französischen Sprache unterrichten kann, weil ich darum sehr verlegen bin. Wir haben schon ein Abtheilungshaus in England gegründet, in welchem unsre Brüder die Kinder unterrichten.

Die Ehrw. Patres Redemptoristen Swinkels und Vermeulen [=Van der Meulen] lassen Sie freundschaftlichst grüssen. Pater Swinkels hat uns mehrere Conferentien gegeben. Seine Ansprachen sind schön; er hat uns bisweilen ausserordentlich getroffen.

Es schmerzt mich noch, dass Eu.Ehrw. so lange haben warten müssen, und ich hoffe, dass die trüben Umstände es doch zulassen werden, dass dieser Brief in Ihre Hände kommen wird.

Belieben Sie recht viel zu bethen und bethen zu lassen für mich und unsre Congregation durch das unbefleckte Herz von die Mutter Gottes und durch die Fürsprache von den H. Joseph.

Ehrw. Pater, ich bin mit Hochachtung

Eu.Ehrw. ergebenster Diener

Revd. Père L. Ottmann

[T.J. Rijken]

Provincial aux RR. PP. Rédemptoristes

Bischenberg près Rosheim

Bas-Rhin, France. Via Arlon.

Doc. II. - *Deux extraits des lettres de Rijken à la Rév. Mère Joseph, supérieure des Soeurs Pénitentes-Récolletines de Roosendaal, dans lesquelles il parle de ses rapports avec les pères Rédemptoristes; 1849.* - Archives Xavériens, Rome. Copybook IV 370 et 397.

a. Eerwaarde Moeder, Brugge, 3 Juli 1849

Volgens het verlangen in Uwen laatsten brief uitgedrukt om den dag van mijn vertrek naar Engeland te mogen weten, meld ik U, dat ik Dinsdagavond den 10 July naar Oostende, aldaar 's nachts om half elf naar Dover, en vervolgens naar Londen zal vertrekken. Gelief dan den Rector maar sterk aan te moedigen van met ons mede te gaan, wij kunnen dan ook Pater Held gaan bezoeken...

Brugge, 20 Sept. 1849

b. Eerwaarde Moeder,

Ik ben in Engeland in ambarras geweest, dat de Eerw. Heer Rector mij niet schreef, wanneer hij ging vertrekken en hoe hij was aangekomen. Wij hadden tezamen afgesproken, dat hij zoude schrijven en dat onzen Broeder met hem zoude terugreizen: Ik dus geen brief krijgende en ongerust wordende, heb aan pater Lans geschreven, wat er van den Eerw. Heer Rector was. Die mij terug schreef, dat ZEw. reeds in Roosendaal zoude wezen en dat hij mijnen voorgaenden brief... hem te Londen had nagezonden...

Ik ben te Handly [sic] geweest... Wij hebben bij de Paters gegeten; ik vond daar oude vrienden, zelfs nog van Amerika.

APPENDICE

Pour résoudre quelques doutes quant à la transcription fidèle des documents publiés ci-dessus, nous nous sommes rendus aux archives conservées à la Maison générale des Rév. Frères Xavériens à Rome, et grâce à l'aimable concours du Rév. Frère Florent Gielisse, Premier Assistant et Vicaire-général de la Congrégation, il nous a été facile de contrôler les transcriptions sur les originaux, minutes et copies conservées dans lesdites archives. - A cette occasion le RF. Florent nous a signalé les lettres que nous publions ci-dessous.

Nous remercions vivement le RF. Florent pour son obligeance et pour le service qu'il a bien voulu rendre à notre revue.

A. S.

i. - *Extrait d'une lettre de Rijken à la Rév. Mère Joseph à Roosendaal, dans laquelle il propose d'envoyer des Soeurs en Amérique pour aider les Pères Rédemptoristes dans leur œuvre parmi les émigrants allemands; 29 mars 1845.* - Archives des Frères Xavériens, Rome. Copybook I 157-159.

29 Maart 1845

Daar Gijl. mij te kennen hebt gegeven Uwe genegenheid, om in Noord America U1. te vestigen, en zoo ik mij nog laat voorstaan mijt hebt belast

desaangaande te zorgen, kan ik niet nalaten UEw. te doen weten, dat eerdaags een Pater Redemptorist met zijnen Provincial te Brugge zal komen om zich verder naar Noord America te begeven. Die Pater is reeds, zoo ik meen, verscheidene jaren daar geweest en heeft een groot plan ontworpen, namelijk: er zijn wereldlijke heeren die, zoo ik meen, in Pennsylvanië, Noord America, een groote massa land gekocht hebben, om daarop alleen Catholieke Duitsche familiën te laten wonen, waarbij de Redemptoristen zich gaan veroeegen, en daartoe vinden zij noodzakelijk Broeders te bezitten, om de Duitsche kinderen te onderrigen in de schoolen. Het is dus wel mogelijk, dat wij met hen ons zullen aansluiten.

Ik heb van Ul. nog niet gesproken, maar als UEw. genegen zijt met Uwe Religieuzen in deze onderneming te werken voor de Duitsche meisjes, waartoe ik geloof Gijl. spoedig in staat zoudet wezen, omdat onze taal met die der Duitschers niet veel verschilt, gelief dan spoedig te schrijven, wat Gijl. wegens dit voorstel van zin zijt, want zij zullen haast komen en dan zoude ik hun dat kunnen te kennen geven.

Mij dunkt, het was voor Ul. aannemelijk: 1^e wegens de gemakkelijkheid der taal, 2^e het groot voordeel om van de Paters Redemptoristen eene religieuze leiding en bijstand te kunnen verwachten, en ten 3^e dat Gijl. daardoor eene vastigheid geeft aan Uwe Congregatie tegen alle mogelijke voorvalen hier te lande. Mij dunkt UEw. zoude den Bisschop en den Rector daar eens over kunnen raadplegen, en mij zeer spoedig schrijven, want zijl. kunnen alle dagen komen...

2. - *Lettre de Rijcken au R.me P. Joseph Passerat, demandant l'assistance spirituelle des Pères Rédemptoristes en faveur de sa Congrégation;*
3 juillet 1845. - Archives des Frères Xavériens, Rome. Copybook II 1-2.

Au très Rév. Vicaire Général des Rév.ds Pères Rédemptoristes à Wittem.

den 3^e July 1845.

Le même jour que vous partîtes de Bruges, j'étais de retour; malgré mon désir ardent à vous parler, je ne l'ai pu. C'est pourquoi je me donne respectueusement la liberté de faire usage de ce moment important de votre séjour dans ce pays.

Vous vous êtes servi maintenant de l'occasion d'observer en quelque manière notre institution, qui, selon moi, peut s'étendre plus tard et pas moins produire bien des fruits et en même temps être utile à la Sainte Eglise. Je m'entretiens donc de l'espérance que vous accorderez les demandes suivantes: Premièrement, de permettre qu'un Père de votre Congrégation vient toujours nous confesser à notre couvent, comme il est aussi permis aux Frères des Ecoles Chrétiennes à Tournai (si je ne me trompe). Secondelement, d'avoir un Père qui nous donne une ou plusieurs fois par an la grande retraite, et outre cela nous instruit de temps en temps dans la vie spirituelle et religieuse. Troisièmement, d'avoir un ou plusieurs Pères pour conseiller en tout ce qui regarde le spirituel de notre congrégation; et que nous pouvons choisir nous mêmes les plus capables, s'ils ont le temps et l'occasion.

Voilà très Rév.d Père mes humbles demandes; daignez les accorder. J'espère que vous nous appliquerez ce que [dit] votre Saint Père Alphonse de Liguori (si je ne me trompe pas); *que ceux qui ont le plus besoin doivent être assistés.* Il me semble que vous avez considéré déjà nos besoins spirituels, en disant au Supérieur de votre couvent en cette ville-ci: « Secourez ce pauvre Frère Rijken », comme je viens à apprendre.

Ainsi donc je me flatte de l'espérance que vous accorderez mes demandes et que vos réponses par écrit me parviendront par les mains du Rév.d Père Reinders [= Reyners].

Je suis avec un profond respect

Très Révérend Père

Votre très humble et très obéissant serviteur
[T. Rijken]

ANDREAS SAMPERS

CONGREGATIO SS.MI REDEMPTORIS
ET CONCILII VATICANUM I, an. 1869-1870

Occasione celebrationis Concilii Vaticani II, nuper a Summo Pontifice Ioanne XXIII aperti, ex documentis archivi nostri generalis aliisque fontibus ea collegimus, quae actuositatem nostrae Congregationis relate ad Concilium Vaticanum I illustrant. Messem non abundantem intulimus, nec nova ac prorsus ignota inventimus; credimus tamen nos rem non inutilem nec confratribus ingratam facere, quando, opportunitatem novi Concilii sequentes, spicas huius materiae legimus — uti in his foliis moris est —, ita ut omnia de arguento, per summa saltem capita, facile et quasi uno oculi ictu comprehendi queant.

i. - *Rector Maior Nicolaus Mauron preces communes praescribit pro felici Concilii exitu.*

Die apertioris Concilii, 8 dec. 1869, appropinquante, RM Mauron (1) litteras circulares Congregationi dedit die 21 nov. (2), quibus subditos omnes monuit pro viribus conferre ad successum summi Ecclesiae Dei consessus «duplici quidem modo: vocationis nostrae officia strenue exercentes et fervidis orationibus Deum omnipotentem deprecantes». Adhortatur ergo Patres, ut labores apostolicos omni sollicitudine et zelo expleant, ipsi funditus radicati in timore et amore Christi. Et prosequitur: «expedire mihi videtur, ut in communibus necessitatibus communes etiam instituantur preces, ideoque omnibus Superioribus praecipio: i. Ut quotidie ad finem examinis vespertini recitentur tria *Ave Maria*

(1) Rev.mus Nicolaus MAURON (1818-1893), Rector Maior electus die 2 V 1855; cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 260 n. 105.

(2) *Litterae circulares* RM Nicolai MAURON, Roma 1896, 180-182.

in honorem Immaculatae Virginis sub titulo de Perpetuo Succursu; quibus ter adjungetur *Gloria Patri* in honorem S. P. N. Alphonsi. - 2. Ut incipiendo a die IV Decembris hujus anni usque ad finem Concilii oecumenici quovis Sabbato in singulis Congregationis domibus, secundum praedictam intentionem, unum Missae Sacrificium offeratur. - 3. Ut qui ob temporum perturbationes extra regularem domum vivere coguntur, easdem preces recitent et, decurrente Concilii tempore, unum saltem Sacrum faciant ad eandem intentionem ».

Plures preces praescribere voluisset RM Mauron, sed propter varia locorum adiuncta hisce se continuit, facultatem dans Provincialibus alia quaedam pro opportunitate addendi: « C'est peu de chose, il est vrai, mais je devais avoir égard à certaines petites communautés, surtout par rapport aux Messes à dire. Si quelque Provincial désire, sous ce rapport, prescrire quelque chose de plus à certaines communautés, il pourra le faire librement » (3).

In epistula circulari diei 3 ian. 1870, occasione initii novi anni Congregatis missa, RM Mauron iterum commendavit Concilium: « Neque obliviscamini, cum filii sitis S. Alphonsi, acer- rimi defensoris S. Ecclesiae, nihil magis cordi nobis esse oportere quam felicem exitum SS. Concilii Vaticani ... Corde ergo, ore et opere, orando, praedicando et virtutes omnes exercendo allaboremus, ut quantum in nobis est, abundantissimam caelestem benedictionem Sacro Antistitutum Coetui obtineamus per intercessio- nem Immaculatae Virginis de Perpetuo Succursu » (4).

Quando post expugnationem urbis Romae, die 20 sept. 1870, Concilium suspensum fuit, obligatio precum specialium cessavit (5).

2. - *Editio quorundam tractatum S.i Alfonsi in libro sub titulo « Du Pape et du Concile ».*

In epistula diei 29 dec. 1868 P. Ioannes Kockerols (6), Superior Provinciae Belgicae, P.i Mauron communicavit propositum

(3) N. Mauron ad I. Kockerols, Sup. Prov. Belgicae, Roma 24 XI 1869. - Epistulae mutatae inter Mauron et Kockerols, quae pluries infra allegantur, conservantur in AG Pr.B I ordine chronologico; uti patet, in AG habentur minutae P.is Mauron et originalia P.is Kockerols.

(4) *Litterae circulares RM Nicolai MAURON*, Roma 1896, 184.

(5) Mauron ad Kockerols, Roma 7 XI 1870.

(6) Ioannes Hubertus KOCKEROLS (1823-1894), Superior Provinciae Belgicae a die 19 III 1859 - 16 VI 1874 et denuo a die 20 VI 1880 - 26 IV 1893. - Cfr M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie générale des écrivains Rédemptoristes II*, Louvain 1935, 226; Id., *Glances alphoniennes. Influences doctrinales, apostoliques et culturelles de St. Alphonse de Liguori en Belgique*, Louvain 1946, 157-158.

Pis Iulii Jacques (7) «de publier une brochure intitulée : Le Pape et le Concile, qu'il extrairait des œuvres de St. Alphonse». Haec publicatio non solum inserviret propagationi doctrinae de potestate absoluta et de infallibilitate Summi Pontificis, sed etiam augeret apud episcopos et theologos auctoritatem S.i Alfonsi, ita ut facilius ei titulus Ecclesiae Doctoris concederetur. Respondens die 8 ian. 1869, RM Mauron consensit publicationi huiusmodi libelli («la petite brochure»).

P. Jacques, qui ab an. 1866 seriem operum S.i Alfonsi sub titulo *Oeuvres dogmatiques de St. ALPHONSE DE LIGUORI, traduites et annotées*, edebat (8), statim tractatus S.i Alfonsi, qui ad Papam et Concilium referuntur, collegit, in lingua francogallicam vertit, adnotavit et iam die 25 maii 1869 P. Kockerols P.i Mauron nuntiavit manuscriptum esse terminatum. Plus quam initio cogitavit, sagax editor collegit; non agitur de libello parvae molis, e contra : « Ce sera un très gros volume ». In eadem epistula P. Kockerols rogit P.em Generalem, num opportunum censeat petendi a Summo Pontifice, an liber ei dedicari possit, aut saltem an quaedam verba commendaticia libro praefigere dignetur. Huiusmodi dedicatione aut commendatione enim aestimatio operis valde augeretur, ita ut facilius diffunderetur ope nuntiorum in ephemeridibus et foliis diurnis. Gaudium suum exprimens, quod manuscriptum mox typographo tradi poterit, RM Mauron in responso diei 2 iunii 1869 tamen communicavit, se animum non habere rogandi Summum Pontificem, ut dedicationem operis dignaretur accipere. Ipse approbationem operis dedit sub die 2 aug., S.o Alfonso sacro.

In epistulis sequentibus pluries agitur de numero exemplariorum, quae P. Kockerols P.i Mauron dono dare vult, ut Romae cardinalibus et episcopis praesentari possint. Proponit Kockerols 100 exemplaria (9); Mauron respondit 50 exemplaria sufficere (10); sed quando liber versus finem mensis oct. prodiit (11), Kockerols tamen proprio marte numerum auxit et die 28 oct. bibliopola

(7) Iulius JACQUES (1832-1908), cfr DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* II 209-210, III 325.

(8) Vide DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 256.

(9) Kockerols ad Mauron, Bruxelles 4 VII 1869.

(10) Mauron ad Kockerols, Roma 12 VIII 1869: « Je crois que 50 exemplaires suffisent à tous nos besoins ».

(11) *Du Pape et du Concile, ou Doctrine complète de S. ALPHONSE DE LIGUORI sur ce double sujet*. Traités traduits, classés et annotés par le P. Jules JACQUES de la Congrégation du Très-Saint Rédempteur; Tournai, Casterman, 1869; 8°, XL- 701 pp.

Casterman 80 exemplaria Romam misit (12), quae post duos menses circa advenerunt (13).

Interdum ipse P. Kockerols certum exemplarium numerum iam dono dedit episcopis et theologis in Belgio et in Francia (14), inter quos — suggeste P.e Mauron (15) — Rev.do Bouix, directori ephem. *Revue des sciences ecclésiastiques* (16). RM Mauron, de opere valde contentus (17), mox plura exemplaria cardinalibus et episcopis distribuit et etiam ad ephem. *La Civiltà Cattolica* pro iudicio misit (18). Librum quoque obtulit Summo Pontifici, qui die 5 ian. 1870 P.i Jacques Breve dedit laudibus referatum tam pro S.o Alfonso quam pro editore (19). Die 15 eiusdem mensis RM Mauron P.i Kockerols scripsit, hoc Breve vehementer multorum episcoporum animum movisse atque opus quotidie petitum esse, ita ut per pauca tantum exemplaria sibi superessent (20). Kockerols statim alia 50 exemplaria dono misit (21), quae versus diem 10 martii Romam adlata sunt (22), quando prima 80 iam omnia — uno excepto — distributa fuerunt (23).

In epistulis sequentibus non amplius sermo fit de libro *Du Pape et du Concile*, ita ut pro certo sumere possimus, ulteriora exemplaria Romae non fuisse requisita. Numerus exemplarium Patribus Concilii distributorum ergo circa 120 aestimare licet; in

(12) Kockerols ad Mauron, Bruxelles 3 XI 1869.

(13) Mauron ad Kockerols, Roma 17 XII 1869: Liber nondum advenit; « c'est pourtant cet ouvrage que j'attendais avec le plus d'empressement. Ce livre aurait pu faire un très grand bien en ce moment... J'aime à croire que la caisse ne se fera plus attendre longtemps ».

(14) Nomina eorum in epistulis P.is Kockerols ad Mauron, Bruxelles 3 XI et 16 XI 1869.

(15) Mauron ad Kockerols, Roma 9 VI 1869.

(16) Mox in ephem. 20 (1869 II) 477-478 iudicium optimum insertum est, subscriptum H. M.: « Nul livre ne vint plus à propos... Inutile d'insister sur l'autorité du S. Liguori; elle est immense ».

(17) Mauron ad Kockerols, Roma 12 XI 1869: « Ces volumes me seront très utiles ici à Rome, tant pour le Concile que pour la cause du Doctorat ».

(18) *La Civiltà Cattolica* an. 21, serie VII, vol. 9 (1870 I) 97: « Il nome di S. Alfonso val più di ogni elogio per questo volume, sì opportuno nelle circostanze presenti ».

(19) Breve invenitur inter *Acta et decreta Sacrorum Conciliorum recentiorum. Collectio Lacensis* VII, Freiburg/Brsg. 1890, 1535 c-d; etiam in *La Civiltà Cattolica* supra cit. 339-340. — P. Kockerols inseruit Breve Apostolicum una cum versione francogallica ex adverso in exemplaribus libri, adhuc apud bibliopolam iacentibus. Kockerols ad Mauron, Bruxelles 21 I 1870.

(20) Minutam huius epistulae in AG non invenimus. - Cfr *Chronica Provinciae et Collegiorum [Prov. Belgicae]* VII 311. Conservatur haec *Chronica* manuscripta in AG Bibliotheca 9, 1; aliud exemplar habetur in Arch. Prov. Belgicae, Bruxelles.

(21) Kockerols ad Mauron, Bruxelles 21 I 1870.

(22) Mauron ad Kockerols, Roma 12 III 1870: « Je viens de recevoir les 50 nouveaux exemplaires du livre; ils arrivent au moment propice ».

(23) Mauron ad Kockerols, Roma 25 II 1870.

summa P. Kockerols 130 exemplaria P.i Mauron misit (24). - Non est dubium, quin liber *Du Pape et du Concile* causae infallibilitatis Summi Pontificis valide inservierit, aperiens Patribus doctrinam clare expressam ac theologice bene fundatam S.i Alfonsi de arguento, sicuti etiam favit causae doctoratus sancti nostri Fundatoris (25).

3. - *Episcopi CSSR in Concilio Vaticano I.*

Annis 1869-1870 tres habebantur episcopi CSSR, quibus die iure sedes spectabat in Concilio; unus tantum eorum, Exc.mus Dechamps, de facto summo Ecclesiae concessui interfuit.

a. - Victor Augustus DECHAMPS (1810-1883), Episcopus de Namur a die 25 IX 1865 (praeconizatus in consistorio), consecratus die 1 X 1865 Romae in ecclesia SS.mi Redemptoris Domini nostrae generaliciae annexa (26) ab Em.mo Car. von Reisach, possessionem diocesos initit die 28 X 1865; translatus ad Sedem archiepiscopalem de Malines die 20 XII 1867; postea Cardinalis creatus die 15 III 1875 (27).

De eius auctuositate tempore Concilii Vaticani, a praeparatione usque ad suspensionem, et de auctoritate eius in doctrinis proponendis, discutiendis, definiendis, reiiciendis iam plures actum est. Studia particularia non desunt (28), ab historiographis Ecclesiae saec. XIX (29) et Concilii (30) necessario de ea loquitur, a biographis Cardinalis haec semper extollitur (31). Ultimus horum, P. Mauritius Becqué, in libro suo, quo vitam Cardinalis Dechamps egregie descripsit (32), longe lateque hanc periodum elucidavit,

(24) *Chronica Provinciae et Collegiorum [Prov. Belgicae]* VII 318.

(25) Quasdam observationes de concessione doctoratus S.i Alfonsi (23 III 1871) vide infra § 9 in fine.

(26) Fuit prima consecratio episcopalnis in ecclesia nostra.

(27) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 244 n. 35.

(28) R. KREMER CSSR, *L'apologique du Cardinal Dechamps, ses sources et son influence au concile du Vatican: Revue des sciences phil. et théol.* 19 (1930) 669-702. - Em. CAMPANA, *Il Concilio Vaticano. I Il clima del Concilio*, Lugano-Bellinzona 1926, 528-548: Mgr Dechamps (tractat tantum de actuositate Exc.mi Dechamps ante initium Concilii in favorem infallibilitatis pontificiae).

(29) Vide ex ultimis R. AUBERT, *Le pontificat de Pie IX, 1846-1878* (= *Histoire de l'Eglise XXI*), Paris 1952, 311-367: Le concile du Vatican.

(30) Ex.gr. Th. GRANDERATH SJ, *Geschichte des Vatikanischen Konzils I-III*, Freiburg/Brsq. 1903-1906. - F. MOURRET, *Le concile du Vatican*, Paris 1919. - C. BUTLER OSB, *The Vatican Council I-II*, London 1930; versio germanica huius libri a H. LANG sub titulo *Das I. Vatikanische Konzil²*, München 1961.

(31) Biographiae et studia particularia de vita ac de doctrina Cardinalis Dechamps enumerantur a DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* II 86-87, III 282; continuatio tabulae a P.e Sampers in *Spic. hist.* 5 (1957) 154.

(32) M. BECQUÉ CSSR, *Le Cardinal Dechamps. I Le Religieux, II Le Prélat*; Louvain, Bibliotheca Alphonsiana, 1956; 8°, XVI-432, 435 pp.

allegans innumera documenta ex variis archivis ac etiam studia historica et doctrinalia iam perfecta, « ce qui nous donne un des plus beaux chapitres du livre : l'action persévérente, modératrice et conquérante de Dechamps au concile du Vatican » (33). Credimus ergo nos pleniori tractationi huius argumenti hic supersedere posse, remittentes ad ea quae iam vulgata sunt, imprimis ad biographiam Cardinalis Dechamps a P.e Becqué compositam (34).

In Concilio Vaticano certo partem magnam ac gravem habuit (35). In ambabus quaestionibus principalioribus, ibi discussis atque definitis, active et quibusdam in adjunctis particularibus non semel modo decernenti intervenit.

Instigante Card. Bilio die 11 ian. 1870 formata est subcommissio pro elaboratione novi schematis constitutionis « De fide catholica » : Dechamps, Pie (Poitiers) et Martin (Paderborn), cui Iosephus Kleutgen SI ut theologus assistebat (36). Post diuturnum et difficilem laborem in subcommissione, in « Deputatione pro rebus ad fidem pertinentibus » et in congregationibus generalibus Concilii tandem die 24 apr. 1870, qui erat dies dominicus *In albis*, primus Concilii fructus ad plenam maturitatem pervenit (37) : solemniter promulgata fuit constitutio dogmatica « De fide catholica » *Dei Filius* (38). Dies magni gaudii certo pro Dechamps, quia sententia principalis doctrinae suae apologeticae, etiam fere quoad formam (39), recepta fuit : « Quin etiam Ecclesia per se ipsa ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis foecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile » (40).

(33) A. SIMON in *Rev. d'Hist. Eccl.* 52 (1957) 182, quando iudicium argutum libri dat *ibid.* pp. 179-184.

(34) Vol. II pp. 149-203 (Avant le concile, pp. 149-157; Pendant le concile, pp. 158-196; Après le concile, pp. 197-203).

(35) « Au concile du Vatican l'archevêque de Malines eut une situation prépondérante ». - A. LARGENT in *Dict. Théol. Cath.* IV (1911) 178.

(36) Cfr GRANDERATH, o. c. II 457.

(37) *Ibid.* 475.

(38) *Acta et decreta Sacrorum Conciliorum recentiorum. Collectio Lacensis VII*, Freiburg/Brsq. 1890, 248-257. - GRANDERATH, o.c. II 487-508.

(39) Alii aliter iudicant de fonte immediato doctrinae Concilii de Ecclesia ut motivo credibilitatis. R. SCHLUND, *Zur Quellenfrage der Vatikanischen Lehre von der Kirche als Glaubwürdigkeitsgrund*: *Zeitschr. f. kath. Theol.* 72 (1950) 443-459, ut fontem immediatum indicat librum *Theologie der Vorzeit* P. Is. Kleutgen SI.

(40) *Collectio Lacensis VII* 252 d. - DENZINGER-RAHNER, *Enchiridion symbolorum* n. 1794. - F. CAVALLERA, *Thesaurus doctrinae catholicae* n. 179.

Maioris momenti et melius cognita est actuositas Exc.mi Dechamps in proponenda doctrina infallibilitatis pontificiae et in refellendis obiectionibus adversariorum. Iam ante Concilium incoepatum sententiam suam de hac materia large vulgavit (41) et ita quidem, ut altum elogium Pii IX sibi promeruerit (42), ac controversiam litterariam de arguento sustinuit cum Exc.mo Dupanloup, episcopo de Orléans (43). Sed neque tempore commorationis Romae calatum quiescere sivit; diversos libellos edidit contra Dupanloup et P.em Gratry.

Dechamps primus fuit, qui petitionem pro definienda infallibilitate porrexit, et iam quidem die 25 ian. 1869 (44). Non sine eius impulsu magna illa petitio peracta est paulo post, cui plus quam 400 Patres subscriptionem dederunt (45). In deliberationibus Concilii de auctoritate pontificia ab initio indesinenter intervenit, maxime impugnans theses gallicanas, quas Exc.mus H. Maret in libris suis proposuerat (46). Semper praesens erat, quando agebatur de proponenda utilitate, necessitate, opportunitate definitionis; quapropter mox inter principes Patrum, qui declarationem infallibilitatis pontificiae promovere studebant, assumptus est (47).

Animatus intimo veritatis zelo (48) et persuasum habens ex confirmatione auctoritatis Summi Pontificis maxima bona Ecclesiae et etiam societati humanae obventura esse, Dechamps totus

(41) *L'infalibilité et le concile général. Étude de science religieuse à l'usage des gens du monde;* Malines, Dessaïn, 1869; 8^e, 186 pp. (an. 1869 liber 7 edit. habuit; an. 1870 aliae 4 edit. prodierunt). - Versio germanica a HENRICH: *Die Unfehlbarkeit des Papstes und das allgemeine Concil;* Mainz, Kirchheim, 1869. - Versio italica a F. MANSI: *L'infalibilità e il Concilio generale. Studio di scienza religiosa ad uso della gente del mondo;* Roma-Torino, Marietti, 1869; VIII-222 pp.

De l'opportunité de la définition dogmatique de l'infalibilité du Saint-Siège en matière de foi. Lettre nouvelle de Mgr DECHAMPS pour faire suite à « L'infalibilité et le concile général »; Malines, Dessaïn, 1869; VII-10 pp. - Versio germanica: Ueber die Opportunität der Erklärung der Päpstlichen Unfehlbarkeit; Mainz, Kirchheim, 1869. - Haec epistula ulterioribus editionibus libri *L'infalibilité* inserta fuit.

(42) Die 26 VI 1869 Pius IX Breve dedit Exc.mo Dechamps, quod ille in ultre. edit. libri inseruit. - *Collectio Lacensis* VII 1261-1262 (textus litterarum); etiam apud Eug. CECCONI, *Storia del Concilio ecumenico Vaticano. I 2 Documenti*, Roma 1878, 848: Doc. CCXVIII.

(43) Vide E. CAMPANA, *Il Concilio Vaticano I* 537-548. - Etiam G. DEJAIFVE SI, « Ex sese, non autem ex consensu Ecclesiae »: *Salesianum* 24 (1962) 283-284.

(44) *Collectio Lacensis* VII 921-923. - GRANDERATH, o.c. II 135.

(45) *Collectio Lacensis* VII 923-932. - GRANDERATH, o.c. II 141.

(46) *Du concile général et de la paix religieuse I-II*, Paris 1869, et *Le pape et les évêques. Défense du livre sur le concile général*, Paris 1869. - Exc.mus Henricus Maret (1805-1884), episcopus tit. de Sura (22 VII 1861), erat decanus Facultatis theologicae Universitatis Parisiensis ab an. 1853.

(47) R. AUBERT, *Le pontificat de Pie IX* 326: « ... celui qui apparut à plusieurs reprises comme le chef réel du groupe infallibiliste, Mgr Dechamps... ».

(48) Cfr GRANDERATH, o.c. II 152.

se dedit ad removendas difficultates et incertitudines, quae definitioni dogmaticae obstabant. Gratia suae tenacitatis propositi sed etiam suavitatis in actione certus numerus haesitantium et eorum, qui sententiae magis moderatae dediti erant, in fine suum *placet* novo dogmati (49) dederunt, eo vel magis quando definitio finalis melius circumscripta fuerat. Quod tamen non omnes Patres, maxime quosdam amicos ut Dupanloup et von Ketteler, ad amplectendum suam sententiam adducere potuit, erat ei causa sinceri doloris.

Quo spiritu ductus Dechamps egit, deliberavit, scripsit in Concilio, videri est in allocutione, quam post redditum in cathedrali sua ecclesia habuit : « Le principe de tous les troubles, c'est l'erreur qui trouble les esprits; et c'est en proclamant la vérité que le Concile apporte au monde la vraie source de toute paix et de toute délivrance. *Veritas liberabit vos* » (50).

- b. - Carmelus VALENTI (1798-1882), Episcopus de Mazara del Vallo (Trapani) a die 27 IX 1858 (praconizatus in consistorio), consecratus die 3 X 1858 Romae in ecclesia S.i Laurentii in Panisperna ab Em.mo Ant. Cagiano de Azevedo (51), possessionem dioeceseos iniit die 19 X 1858 (52).

Nomen eius habetur in tabula praelatorum, qui ius habebant Concilio interveniendi, typis data in opere P.is Granderath (53), sed ibi asterisco notatur, quo significatur eum de facto Concilio non interfuisse. In actis Concilii (54) aliisque documentis (55), quae ad Concilium spectant, Exc.mum Valentii revera non invenimus.

In documentis, quae nobis prostant, frustra quaesivimus nuntium vel explicationem huius absentiae.

- c. - Ioannes Baptista SWINKELS (1810-1875), Episcopus titularis de Amorio (56) a die 25 IX 1865 (praconizatus in consistorio, eodem die ac

(49) Expressio « novum dogma » Exc.mo Dechamps non placuit; erat enim veritas evangelica. - Allocutio eius habita nomine « Deputationis pro rebus ad fidem pertinentibus » in congregatione generali die 17 V 1870; apud J. MANSI, *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio* LII, Arnhem-Leipzig 1927, 65-71.

(50) *Oeuvres complètes* de S. E. le Cardinal DECHAMPS XI 168.

(51) *Cronaca della Casa generalizia del SS.mo Redentore* I (1855-1899) p. 24, ubi sub die 4 X notatur, Exc.mum Valentii die post consecrationem prandio communitatis interfuisse; observatur : « Monsignore conserva l'abito della nostra Congregazione ».

(52) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 277 n. 174. - Vide etiam S. GIAMMUSSO CSSR, *I Redentoristi in Sicilia. Memorie bientenarie, 1761-1961*, Palermo-Uditore 1960, 220.

(53) GRANDERATH, o. c. I 504 n. *874; Valenti.

(54) Deest ex.gr. eius subscriptio in petitione praelatorum Regni Utriusque Siciliae pro definienda infallibilitate. - *Collectio Lacensis* VII 934-935.

(55) *Catalogo alfabetico degli Eminentissimi Cardinali, Patriarchi, Primiati, Arcivescovi, Vescovi ... presenti in Roma, che hanno sede nel Concilio I ecumenico Vaticano ...; Roma, Tipi dell'Osservatore Romano, [1869]; 8°, 38 pp. - Exemplar in AG XLIII 1.*

(56) De difficili et complicata quaestione, num episcopis titularibus ipso iure competeteret Concilio interveniendi, et de solutione adhibita cfr GRANDERATH, o. c. I 90-97.

Dechamps), consecratus die 15 X 1865 's Hertogenbosch in ecclesia S.i Iosephi annexa collegio CSSR ab Archiepiscopo Ioan. Zwijzen; nominatus Vicarius apostolicus de Suriname die 12 IX 1865 (57), ubi die 26 III 1866 appulit (58).

In tabula apud Granderath (59) etiam nomen Swinkels asterisco signatur, et hoc casu quaedam documenta absentiam explicantia invenire potuimus.

Quamquam Concilio assistere vehementer desiderabat — «nihil nobis carius, nihil sanctius foret» —, tamen propter diversas rationes imprudens ei videbatur longior absentia ex sua missione. In epistula diei 15 iulii 1869 ad Card. Alex. Barnabò, S. Congreg. de Propaganda Fide praefectum, has rationes exposuit: penuriam nempe operariorum in missione et timorem, ne tempore absentiae Vicarii gubernium coloniale et acatholici quasdam rationes missioni adversas inirent (60). Hanc epistulam misit ad RM Mauron, qui petitionem meliori forma redactam Cardinali Barnabò transmisit (61), quia ipse etiam intellexit, «qu'il en résulterait un dommage réel, si vous quittiez en ce moment Surinam, où votre personne est si nécessaire pour empêcher qu'on n'y porte les deux lois fatales à la mission dont vous parlez» (62). - Die 7 sept. 1869 Card. Barnabò Exc.mo Swinkels rescripsit, Summum Pontificem petitioni benigne annuisse (63), quem consensum RM Mauron quoque ei communicavit in epistula diei 5 nov. (64).

Postquam decreta Concilii ipsi pervenerant, Vicarius apostolicus plenum assensum eis dedit in litteris die 4 jan. 1871 Pio IX missis (65), qui die 26 apr. 1871 in epistula m.p. subscripta responsum ei dedit (66).

(57) Notitiae biographicae apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* II 414; etiam in *Het Petrus Donders Tijdschrift* ('s Hertogenbosch) 21 (1940/41), 11-13, 32, 52, 76.

(58) Exc.mus Swinkels cum 3 sociis missionariis die 26 III 1866 in Paramaribo advenit; die 20 II. navis e portu Nieuwediep (Den Helder, Nederland) avecta est. Vide Swinkels ad Mauron, Paramaribo 3 IV 1866; AG Pr.H Vice-Prov. Surin. I. - Corrigendus est hoc sensu [A. BOSSERS CSSR], *Beknopte geschiedenis der katholieke Missie in Suriname*, Gulpen 1884, 263 et [351, 353].

(59) GRANDERATH, o.c. I 503 n. *844: Swinkels.

(60) Originalis epistula conservatur in AG Pr.H Vice-Prov. Surin. I.

(61) Conservatur adumbratio ab ipso RM Mauron exarata in AG 1.c.

(62) Mauron ad Swinkels, Roma 8 VIII 1869. - Ibid.

(63) Originalis epistula conservatur in Arch. Curiae de Paramaribo (olim Arch. Vicariatus Surinamensis) A 47.

(64) Minuta epistulae in AG Pr.H Vice-Prov. Surin. I.

(65) Minuta epistulae in Arch. Curiae de Paramaribo A 50. - Swinkels has litteras Romanas misit ad RM Mauron una cum epistula diei 4 I ad eundem (AG 1.c.), qui die 11 II ei rescripsit, se litteras transmisisse Cardinali Barnabò (ibid.).

(66) Arch. Curiae de Paramaribo A 51. - Has Pii IX litteras in Appendice n. 1 transscribimus.

4. - *Theologi CSSR in Concilio Vaticano I.*

Praelati, uti mos est, in adiutorium sibi assumebant quendam theologum, ut ipsis assisteret in diudicanda doctrina proposita et in concipienda doctrina proponenda. Quidam Congregati ad hoc munus a diversis praelatis rogati sunt: unus tantum eorum, RP Haringer, de facto ut theologus summo Ecclesiae confessui interfuit a principio usque ad finem; alias, RP. Pecorelli, ut videtur, per primum mensem.

a. - P. Michael Haringer (1817-1887) (67), Romae degens iam ab an. 1855, quando Vocalis Prov. Germanicae Capitulo generali intervenerat et die 19 iulii Consultor Rectoris Maioris electus fuerat, in Urbe famam boni theologi et canonistae sibi acquisierat (68). Epistula diei 19 sept. 1859, a Card. Iac. Antonelli subscripta (69), ei communicata fuit enumeratio inter Consultores S. Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum (70), cui usque ad mortem, i.e. per circa 30 annos operam suam dedit, quae magni aestimabatur (71). Paulo post cooptatus est inter socios Academiae Religionis Catholicae (72), uti Academiae Praeses, Card. Fab. Asquini, ei die 20 febr. 1862 notificavit (73), quod certo in signum eximiae scientiae theologicae sumendum est (74).

Quia optime notus erat Exc.mo Vincentio Tizzani, Archiepiscopo titulari de Nisibi, Cappellano Maiori in exercitu pontificio, propter indefessos labores apostolicos apud milites Romae alibique degentes (75), ab ipso invitatus est die 12 nov. 1869, ut

(67) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 251 n. 67.

(68) Publicationes theologicae P.is Haringer enumerantur apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie II* 180-181.

(69) Originalis epistula conservatur in AG Personalia (Haringer).

(70) De hac S. Congregatione, suppressa die 28 I 1904, cfr N. DEL RE, *La Curia romana. Lineamenti storico-giuridici*², Roma 1952, 140-143.

(71) Ut patet ex.gr. ex epistula Praefecti Card. Bilio diei 28 X 1876. - AG Personalia (Haringer).

(72) De Academia Religionis Catholicae cfr MORONI, *Dizionario ... I* (1840) 53-54; etiam N. VIAN, *Pont. Acc. romana di S. Tommaso d'Aquino e di Religione cattolica = Enc. Catt. I* [1948] 171.

(73) Diploma conservatur in AG Personalia (Haringer).

(74) Postea, die 23 VI 1873, etiam renuntiatus est Consultor S. Congregationis Indicis. - Epistula a Card. I. Antonelli subscripta conservatur in AG 1.c.

(75) Cfr [A. WALTER CSSR], *Villa Caserta*, Roma 1905, 64, 75-76. - Diversa documenta illustrantia hunc apostolatum adsunt in AG, et plura narrantur in Chronicis Domus generaliciae.

theologi sui partes suscipere vellet (76). Consentiente RM Mauron P. Haringer huic desiderio morem gessit (77).

b. - P. Franciscus Xaverius Pecorelli (1816-1888) (78) invitatus est ab Exc.mo Francisco Gallo, Episcopo de Avellino, ut ipsi tamquam theologus in Concilio assisteret. Die 23 oct. 1869 episcopus hanc suam electionem RM Mauron communicavit (79), qui die 29 eiusdem mensis P.i Pecorelli scripsit, nuntium sibi admodum acceptum venisse, quia ipsi auxilio esse posset in agendo cum epis copis neapolitanis (80).

Probabiliter P. Pecorelli cum episcopo Romam advenit versus diem 25 nov. (81), sed non usque ad finem Concilii mansit; post mensem iam rumor eius reditus sparsus est (82). Die 15 ian. 1870 revera Neapolim rediit (83) et ex epistulis mox inter ipsum et RM Mauron datis desumimus, rationem huius profectionis praematurae haberi in dissidiis ortis cum Exc.mo Gallo (84), qui ipse per totum tempus Concilii mansit, quamquam sessioni IVae, quando constitutio *Pastor aeternus* in suffragium missa est, non intervenit (85). Ex epistulis, quae a mense ian. 1870 constanter inter RM Mauron, Romae, et P.em Pecorelli, Neapoli, mutatae sunt, concludimus P.em Pecorelli Romam non esse reversum ad munus theologi Exc.mi Gallo exercendum (86); a die 14 usque ad diem 25 iunii ta-

(76) *Cronaca della Casa generalizia I* 107 sub die 14 XI 1869.

(77) [WALTER], *Villa Cacerta* 96, narrat, P.em Haringer singulis Concilii sessionibus interfuisse.

(78) PECORELLI Franciscus Xaverius; *8 XI 1816 Napoli; admissus ad noviciatum 16 I 1838, *vest.* 2 II 1838. *prof.* 6 X 1839 Ciorani; *sac.* 5 VI 1841 Agrigento; † 12 I 1888 Napoli. - Cat. I 73^v; Cat. II 219; Cat. V 48^v et 158^v; AG XVI D 58 (epistulae quoad unionem 1867-69). AG Pr.N VIII 14 (multae epistulae ann. 1869-1887).

(79) Epistula scripta est ab ipso P.e Pecorelli et subscripta ab episcopo. - AG Pr.N VIII 14.

(80) Mauron ad Pecorelli, Roma 29 X 1869: « La lettera di Mons. Vescovo di Avellino mi è stata di sommo gradimento, perché mi annunzia di aver fissato V. R. per suo teologo al Concilio; e così la medesima R. V. potrà essere utile anche a me nelle relazioni che dovrò avere coi vescovi napoletani ». - Ibid.

(81) « Partiremo... dopo i 20 Nov. ». Gallo ad Mauron, Napoli 23 X 1869. - Ibid.

(82) Mauron ad Berruti, Roma 7 I 1870: « Avendo inteso che il P. Pecorelli verrà a Napoli nella seconda metà del corrente mese ». - AG Pr.N I.

(83) *Cronaca della Casa di Monterone, 1815-1891*, p. 164: « Il giorno 13 di questo mese [di gennaio 1870], giovedì, venne a pranzo P. Pecorelli, che doveva partire il 15 per Napoli ».

(84) Pecorelli ad Mauron, Napoli 18 I et 27 II 1870; vide etiam de hac re Mauron ad Pecorelli, Roma 25 I et 24 II 1870. - AG Pr.N VIII 14.

(85) *Collectio Lacensis* VII 1000 b.

(86) Certo errat S. SCHIAVONE, *Biografie dei Redentoristi napoletani più ragguardevoli per santità, dottrina e dignità*, Pagani 1938, 327: « Fu a Roma [P. Pecorelli] con Mons. Gallo, Vescovo di Avellino, come teologo, per la proclamazione del dogma dell'Immacolata nel dic. 1854 ». - Exc.mus Gallo praeconizatus fuit die 23 III 1855.

men dimoratus est in domo nostra ad B.M.V. in Monterone, quando processum informativum beatificationis P. is Ian. Sarnelli in Urbem portaverat (87).

c. - Exc.mus Dechamps, qui sibi theologum ex clero saeculari elegit — Rev.mum Beelen, professorem Universitatis Lovaniensis (88), et post huius repulsam Rev.mum Bogaerts, Vicarium suum generalem (89) —, mense dec. 1868 P.i Kockerols communicavit, se etiam Patrem CSSR ut theologum aut potius canonistam Romam secum ducere velle (90), et quidem P.em Ant. Konings vel ipsum P.em Kockerols. Postridie hoc suum consilium RM Mauron proposuit (91). P. Kockerols paucos post dies de colloquio cum Exc.mo Dechamps habito ad RM Mauron retulit, timorem suum efferens, ne Dechamps intenderet hunc confratrem theologum potius tamquam simplicem secretarium privatum : « un homme entièrement à sa disposition,... une espèce de secrétaire toujours prêt à tout » (92). De facto iam paulo post translationem suam ad Sedem de Malines Dechamps P.em Konings, tunc Superiorem Provinciae Hollandicae, ut secretarium privatum (« secrétaire intime ») requisivit (93), sed frustra (94). Etiam hac vive RM Mauron episcopo significavit, propositam electionem sibi minus felicem videri, cum nec P. Konings nec P. Kockerols ut veri canonistae, laboribus Concilii apti, considerari possent et munus secretarii privati melius sacerdoti saeculari conveniret (95).

Etiamsi RM Mauron non expresse proposito sibi facto consentire recusaverit (96), Dechamps mentem eius plane intellexit ac responso eius acquievit (97). Et hoc modo quaestio de theologo conciliari ex confratribus eligendo pro Exc.mo Dechamps finem habuit : « Mgr Dechamps a accepté de bonne grâce les raisons que j'ai fait valoir pour ne lui donner ni l'un ni l'autre des Pères qu'il demandait; il les a trouvées fort justes. D'après ce qu'il m'a écrit,

(87) *Cronaca della Casa di Monterone, 1815-1891*, p. 169.

(88) Kockerols ad Mauron, Bruxelles 29 XII 1868. - AG Pr.B. I.

(89) Kockerols ad Mauron, Bruxelles 7 III 1869. - Ibid.

(90) Kockerols ad Mauron, Bruxelles 29 XII 1868. - Ibid.

(91) Dechamps ad Mauron, Malines 24 XII 1868. - AG Pr.B XII 1.

(92) Kockerols ad Mauron, Bruxelles 29 XII 1868. - AG Pr.B I.

(93) Dechamps ad Mauron, Namur 19 XII 1867. - AG Pr.B XII 1.

(94) Dechamps ad Mauron, Malines 21 III 1868. - Ibid.

(95) Mauron ad Dechamps, Roma 7 I 1869. - Ibid.

(96) Mauron ad Kockerols, Roma 8 I 1869. - AG Pr.B I.

(97) Dechamps ad Mauron, Malines 12 I 1869 : « Oui, c'est vrai, un théologien comme celui que je choisirai me suffira, à Rome surtout ». - AG Pr.B XII 2.

il se contentera de prendre avec lui un théologien, et il ne sera plus question ni de V. R. [P. Kockerols] ni du P. K[onings] » (98).

5. - *Hospites in Domo generalicia tempore Concilii.*

Sicuti in omnibus aliis collegiis et conventibus Romae (99) ita etiam in Domo nostra generalicia, tunc communiter « Villa Caserta » nuncupata (100), quidem Patres et theologi Concilii hospitium invenerunt.

Exc.mus Dechamps, invitus uti P.i Mauron nuntiavit, constrictus fuit a suis episcopis suffraganeis ad habitandum tempore Concilii in collegio belgico (101). RM Mauron ei rescripsit rationes huius decisionis ipsi elucere, et exinde se nihil opponere posse (102).

- Postquam Romam advenerat, mox Dechamps salutandi causa RM Mauron adiit et die 4 nov. 1869 prandium cum communitate in Domo generalicia sumpsit (103).

Quamquam forse quattuor episcopi hospitium in Villa Caserta quaeasierunt (104), de facto tres apud nos tristaverunt (105) :

Exc.mus Michael PAYÁ y RICO, promotus Episcopus de Cuenca in Hispania die 25 iunii 1858 (postea cardinalis); advenit cum comitatu die 18 nov. 1869; profectus est die 25 sept. 1870.

Exc.mus Nicolaus ADAMES, promotus Episcopus titularis de Halcarnassos die 11 martii 1863, Vicarius apostolicus de Luxembourg; advenit die 21 nov. 1869.

Exc.mus Benvenutus MONZON y MARTINS, translatus Archiepiscopus de Granada die 8 ian. 1866; advenit cum comitatu die 28 nov. 1869; profectus est die 29 oct. 1870 (106).

(98) Mauron ad Kockerols, Roma 23 II 1869. - AG Pr.B I.

(99) Cfr GRANDERATH, o. c. II 4-5.

(100) Hoc modo indicatur ex.gr. in *Catalogo alfabetico degli Eminentissimi Cardinali...* (vide supra not. 55).

(101) Dechamps ad Mauron, Malines 26 VII 1869: « Je suis préoccupé et triste d'une chose que je ne puis éviter. Les évêques belges veulent que leur Métropolitain reste au milieu d'eux pendant le concile au collège belge, où tous les appartements sont prêts. Je suis dans l'impossibilité de leur refuser cela ». - AG Pr.B XII 2.

(102) Mauron ad Dechamps, Roma 31 VII 1869. - Ibid.

(103) *Cronaca della Casa generalizia* I 106-107.

(104) Mauron ad Berruti, Roma 15 X 1869: « Qui a Roma non posso aumentare il numero dei soggetti, dovendo alloggiare quattro vescovi col rispettivo seguito ». Idem ad eundem, 14 XI 1869: « ... dovendo alloggiare tre vescovi col loro seguito ». - AG Pr.N I.

(105) *Cronaca della Casa generalizia* I 107-113. - [WALTER], *Villa Caserta* 96-97.

(106) Cum Exc.mo Monzon y Martins venit etiam RP Victor Lojodice ut confessor et interpres, qui tamen iam die 15 II 1870 in Hispaniam reversus est. - Cfr epistulas inter RM Mauron et P.em Lojodice datas in AG Pr.Hp II 1869-1870; *Cronaca della Casa generalizia* I 107-108.

Etiam Christophorus Cosandey (1818-1882) (107), qui arctissima ab ipsa pueritia familiaritate cum RM Mauron coniunctus erat (108), tempore commorationis romanae in Villa Caserta hospitium invenit (109). - Cosendey die 4 oct. 1869 nominatus fuit consultor commissionis pro disciplina ecclesiastica (110).

N.B. - Utrum etiam quidam consultor aut theologus Concilii in domo nostra ad B.M.V. in Monterone habitaverit, nescimus, sed non videtur probabile propter angustiam domus (111). RM Mauron P.i Pecorelli ibi hospitium obtulerat (112), quando in procinctu erat Romam veniendi ut theologus Exc.mi Gallo; sed alibi tunc commoratus est (113). - Multi tamen sacerdotes et quidam episcopi Missam in ecclesia domui annexa quotidie celebraverunt (114).

6. - *Consensus praelatorum in Villa Caserta.*

Sed magis directe insuper Domus nostra generalicia particeps esse meruit laboribus praeparativis Concilii: plures certus praelatorum numerus intra eius mura convenit ad deliberandum de iis, quae postea in ipsius Concilii congregationibus et sessionibus tractanda essent.

Prima sessione solemni Concilii die 8 dec. 1869 celebrata, Patres mox inter se consultationes instituerunt de membris eligendis in «Deputationem pro rebus ad finem pertinentibus». A principio iam enim elucebat, compositionem «Deputationis de fide» maximi momenti fore pro solutione rei controversae circa definitionem infallibilitatis pontificiae; exinde Patres huic definitioni adversantes, sicuti et alii definitioni faventes, separatim de candidatis in deputationem eligendis tractabant.

Ex sessionum actis et ex commentariis diurnis cuiusdam Patris deputatorum sequentia desumpta sunt (115): «Ex illis autem Patribus, qui infallibilitatem definiri volebant, aliqui primo cum

(107) G. CORPATAUX, *Cosandey* = *Historisch-biographisches Lexikon der Schweiz* II (1924) 630.

(108) In AG XLV 2 conservantur multae epistulae Rev.mi Cosandey ad RM Mauron ex ann. 1855-1882.

(109) Ed. Douglas in notitiis de vita P.is Mauron p. 6; AG XLV 1. - In *Cronaca della Casa generalizia* I non invenimus notitias de hac commoratione.

(110) Cfr *Collectio Lacensis* VII 1054 b; etiam 1050 c.

(111) In *Cronaca della Casa in Monterone, 1815-1891*, nullam notitiam de hospitibus ratione Concilii invenimus.

(112) Mauron ad Pecorelli, Roma 29 X 1869. - AG Pr.N VIII 14.

(113) Hoc desumimus ex eo, quod die 13 I 1870, biduo ante redditum Neapolim salutandū causa prandio in domo monteronensi intervenit. - *Cronaca della Casa di Monterone* 164.

(114) Mauron ad Kockerols, Roma 24 XI 1869. - AG Pr.B I.

(115) *Collectio Lacensis* VII 1646.

Em.mo Cardinali de Angelis, qui eo tempore non iam inter praesides Concilii erat, de nominibus eligendorum deliberabant; deinde Adm. Rev.mum P. Generalem Congregationis SS. Redemptoris regarunt, ut sibi Episcopos, qui definitioni favebant, in aliquam eius Congregationis domum convocare permetteret. Qua venia impetrata, Episcopi variarum nationum plus quadraginta in principem Congregationis SS. Redemptoris domum (Villa Caserta) conve-nerunt, ut de electione facienda consultarent. Ab his igitur com-muni consilio statutum est, nullum esse eligendum, quem a defi-nitione infallibilitatis alienum esse constaret; Episcopos autem ex diversis nationibus diligendos; eorum nomina Archiepiscopo West-monasteriensi tradenda. Sic iam paucis post diebus eligendorum numerus, qui etiam Em.mo Cardinali de Angelis placuit, erat confectus, eorum index lithographice descriptus et inter amicos Episcopos distributus, qui eum cum aliis communicarent. Quo facto, die 14 dec. 1869 in congregazione generali maximo suffra-giorum numero omnes et soli electi sunt, quorum nomina in illo indice proposita erant, qui infallibilitatis definitioni aut favebant aut saltem non aperte obnitezabantur» (116).

Ex iis quae narrat Card. Manning (117) desumimus, Exc.mos Ign. de Senestréy (Regensburg), Franc. Roullet de la Bouillerie (Carcassone), Vict. Dechamps (Malines), Conr. Martin (Pader-born) (118), Henr. Manning (Westminster) quadam vice mense dec. 1869 in Domo nostra generalicia convenisse et postea ibi ad concessum pleniorum plus quam 40 Patres invitasse. Erronee invitatus fuit quoque Exc.mus Ioan. Greith (St. Gallen), adver-sarius definitionis, qui quidem non ipse intervenit, sed duos alios episcopos — etiam infallibilitati aversos — misit. Quando hi conspiciebant praesentiam suam minime gratam esse aliis Patribus, mox recedebant (119).

Etiam de confiendo libello, quo definitio infallibilitatis a Con-cilio peteretur, atque de ipsa componenda formula definitionis plu-ries in domo nostra actum est a quibusdam Patribus. Maxime no-tus est ille consensus diei 23 dec. 1869, cui intervenierunt Exc.mi Henr. Manning (Westminster), Vict. Dechamps (Malines), Georg. Stahl (Würzburg), Ign. de Senestréy (Regensburg), Franc. Leon-rod (Eichstätt), Conr. Martin (Paderborn), Mich. Heiss (La Cros-

(116) Patres 24 delecti sunt, inter quos Exc.mus Dechamps. - *Ibid.* 712-713.

(117) E. PURCELL, *Life of Cardinal Manning*, London 1892, II 453.

(118) De necessitudine et amicitia Exc.mi Conradi Martin cum nostra Congregatione cfr *Analecta* 17 (1938) 37-38.

(119) Cfr GRANDERATH, o. c. II 69.

se, Wisconsin), Nic. Adames (Vic. ap. de Luxemburg), Petr. de Preux (Sion), Steph. Marillèy (Lausanne et Genève), Leo Meurin SI (Vic. ap. de Bombay) ad schemata examinanda. Exc.mi Vinc. Gasser (Brixen; Bressanone), Ioan. Zwerger (Seckau) et Bened. di Riccabona (Trient; Trento), qui etiam vocati fuerant, intervenire recusarunt, et ad ulteriores concessus non iam sunt invitati (120).

Aliae sessiones Patrum Concilii certe in Villa Caserta habitae sunt, sed indubias indicationes in documentis non invenimus (121); nec nobis datum est determinare exacte numerum congresuum (122).

Concessus habebantur in illo conclavi, quo ad communem religiosae familiae recreationem conveniebatur, ibique die 8 ian. 1907 iussu Rectoris Maioris Mattheiae Raus (123) lapis commemorativus positus est (124) cum sequenti inscriptione a Patre Reuss (125) composita (126) :

CONCILIVM · VATICANVM · DVM · CELEBRARETVR

HOC · IN · CONCLAVE · DELIBERANDI · CAVSA · HAVD · RARO · CONVENERVNT
DELECTI · E · DIVERSIS · GENTIBVS · EPISCOPI · DOCTRINA · AVCTORITATE · INSIGNES
TEMPVS · ADVENISSE · RATI · A · DIVINA · PROVIDENTIA · PRAESTITVTVM

QVO

INFALLIBILE · ROMANI · PONTIFICIS · MAGISTERIVM

INTER · DOGMATA · CATHOLICA · REFERRETVR

HVNC · LAPIDEM · PONI · IVSSIT · MATHIAS · RAVS · SODALIVM · A · SS. RED · RECTOR · SVPREMVS
A. MDCCCCVI
IN · HAC · AVLA · PRISTINAE · IN · LOCO · EXSTRVCTA · REPOSITVS - ANNO · MCMXXXII

7. - *Praelati visitantes RM Mauron.*

Iam longe ante initium Concilii RM Mauron praevidebat, multos episcopos occasionem commorationis romanae secuturos esse ad

(120) *Collectio Lacensis VII* 1696 b. - Cfr GRANDERATH, o. c. II 137.

(121) In *Cronaca della Casa generalizia I* 107 notatur post mentionem factam de concessu pro conficiendo libello petitionis infallibilitatis: « Parimente qui ancora si formò dai vescovi spagnuoli il progetto della domanda di priorità ».

(122) In lapide commemorativo dicitur, quod *haud raro convenerunt.*

(123) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 268 n. 138.

(124) *Cronaca della Casa generalizia III* (1906-1907) sub die.

(125) De P.e Francisco Xav. Reuss (1842-1925), linguae latinae optime gnaro, vide ea quae scripsit Rev.mus Hamletus Tondini in *Spic. hist.* 4 (1956) 156-173.

(126) Ultimi epigrammatis versi postea in lapide adjuncti sunt et quidem an. 1950 iussu RM Leon. Buijs. - Prius lamina a RM Patr. Murray apposita post renovationem Domus generaliciae haec facta commemorabantur; cfr *Analecta* 17 (1938) 38.

ipsum adeundum (127), et revera quidam eorum paulo post adventum eum inviserunt (128); ultimis diebus ante initium Concilii eorum numerus tantopere auctus erat, ut fere totum tempus his visitationibus requireretur: « L'assicuro che ora sono occupatissimo e non trovo un momento di tranquillità. I vescovi specialmente mi assediano e d'ordinario vengono per trattare affari, il che accresce a dismisura i miei pensieri e le mie sollecitudini » (129). - Ex una parte hoc onus Superiori generali quodam modo impedimento erat in gubernio quotidiano Congregationis, sicuti iam P.i Pecorelli scripserat, sed ex alia parte redundabat in bonum Congregationis, quapropter id ex animo suscepit, eo vel magis quia non semel causa magni solatii ipsi erat (130).

Initio episcopi conveniebant RM Mauron maxime, ut de rebus Congregationis cum ipso agerent; gratias agentes pro bono a nostris facto in eorum dioecesibus et petentes novas fundationes ac maiorem numerum operariorum. Mox vero, « pro bona opinione, qua omnibus probabatur, et vasta etiam publici Ecclesiae regiminis scientia, quam praesertim ex intima cum Em.mo Cardinali de Reisach (131) consuetudine acquisierat (132), quotidie a Concilii Patribus conveniebatur » (133), ut de aliis negotiis, praesertim ad res Concilii spectantibus, cum eo tractarent.

In his colloquiis RM Mauron praecipue suam partem contribuit causae infallibilitatis pontificiae, ut postea Card. Manning (134) in magnam ipsius laudem quam apertissime expressit, et in biographia P.is Mauron notatur (135): « C'était le 6 décembre 1874 (136);

(127) Mauron ad Pecorelli, Roma 29 X 1869. - AG Pr.N VIII 14.

(128) Mauron ad Berruti, Roma 14 XI 1869: « Sono già arrivati non pochi vescovi e perciò crescono ogni giorno le mie occupazioni ». - AG Pr.N I.

(129) Mauron ad Berruti, Roma 5 XII 1869. - Ibid.

(130) Mauron ad Kockerols, Roma 17 XII 1869: « Tous les évêques en général n'avaient pas de louanges. Ce serait vraiment à en concevoir de l'orgueil, si je ne connaissais pas nos petites misères, et si je ne savais pas que c'est bien plus la bénédiction divine sur notre Institut qui produit ce grand bien, que nos propres mérites et nos faibles travaux ». - AG Pr.B I.

(131) RM Mauron et Card. Carolus Augustus von Reisach magna confidentia et amicitia iuncti erant et crebro convenerunt, ut patet ex diversis documentis in AG. - Reisach e vita cessit die 22 XII 1869 in conventu CSSR de Contamine-sur-Arve. Cfr GRANDERATH, o. c. III 747.

(132) « N[icola Mauron] medesimo, come confidente del Card. di Reisach, era ammesso in molte questioni riguardanti il governo generale della Chiesa ». Ita Ed. Douglas in suis notitiis de vita P.is Mauron p. 6. - AG XLV I.

(133) [A. WALTER], *Villa Caserta*, Roma 1905, 96.

(134) Ex facto quod Manning RM Mauron adivit pro sacramentali absolutione, quando Romae degit, patet etiam ipsius veneratio et observantia. - Douglas in notitiis de vita P.is Mauron p. 6.

(135) F. DUMORTIER CSSR, *Le Révérendissime Père Nicolas Mauron...*, Paris [1901], 104-105. - Etiam J. KREBS CSSR, *Lebensgeschichte des hochwürdigsten P. Nikolaus Mauron...* Nach dem Französischen, Dülmen i.W. 1905, 95.

(136) Continuans narrationem P. Dumortier dicit P.em Rob. Coffin, tunc Sup. Prov.

dans la maison des Rédemptoristes de Clapham (Angleterre) on célébrait la fête du P. Mauron. Le cardinal voulut honorer cette fête de sa présence; il dîna au réfectoire des religieux, et lorsque la santé du Père Général fut proposée, il dit combien il était heureux d'avoir cette occasion d'exprimer tout ce que lui et tant d'autres Pères du Concile devaient au P. Mauron. Il rappela l'aide que celui-ci leur avait donnée dans la lutte pour la définition de l'infalibilité du pape; il ajouta que, lorsque le courage commençait à leur manquer et que l'opposition semblait triompher, on allait *se remonter* à la Villa Caserta chez le Père Général des Rédemptoristes, et que pour lui personnellement, *il devait beaucoup* au P. Mauron. »

In signum gratitudinis et venerationis erga P.em Mauron etiam interpretandum videtur esse factum, quod tam magnus numerus Patrum Concilii in ecclesia Domui generaliciae annexa incuruentum Sacrificium Deo offerre voluit in festo B.M.V. de Perpetuo Succursu et in festo S.i Alfonsi. Die 29 maii, festo B.M.V. de Perpetuo Succursu, septem episcopi et multi sacerdotes celebrarunt (137); die S.o Alfonso sacro venerunt quinque cardinales, septem episcopi, decem Superiores generales Ordinum, inter quibus RR.mi PP. P. Beckx SI, V. Jandel OP, Petrus a Virgine Perdolente CP, A. Teppa O.Barn., multique sacerdotes ex clero saeculari et regulari (138). Nec ipse Summus Pontifex alienus esse voluit huic festivitati: « Per corona di sì bella festa ci mandò il Papa con una finezza meravigliosa una canestra piena di fragole di campagna, cosa rarissima in una stagione così calda. Molto più rilevante poi è il regalo conceduto pochi giorni dopo dal Sommo Pontefice alla nostra chiesa, quello cioè de' marmi necessarj all'abbellimento del santuario, i quali ci saranno somministrati a mano a mano secondo verranno scoperti nell'antico Emporio de' Romani » (139).

Numerus episcoporum, qui occasione Concilii P.em Mauron adierunt, fuit plus quam trecentum secundum Walter, qui allegat pro sua affirmatione quendam libellum memorialem ipsius P.is Mauron (140). Hunc libellum in archivo nostro generali invenire non potuimus; conservatur tamen folium plicatum in quo a P.e

Anglicae, festivitati interfuisse. Notamus tamen P.em Coffin a die 22 X 1874 usque ad diem 4 II 1875 Romae degisse, uti patet ex notitiis in *Cronaca della Casa generalizia I* 133 et 134.

(137) *Cronaca della Casa generalizia I* 109.

(138) *Ibid.* 111-112.

(139) *Ibid.* 112. - Propter mox mutatum gubernium urbis Romae haec donatio ad effectum non est perducta.

(140) [A. WALTER], *Villa Caserta*, Roma 1905, 96.

Mauron m.p. notata sunt nomina 126 Patrum Concilii, qui «Domum nostram praesentia sua semel vel saepius honoraverunt» (141).

8. - *Gaudium in Congregatione
de dogmatica definitione infallibilitatis pontificiae.*

Quando die 18 iulii 1870 solemniter accepta fuit in Concilii suffragio constitutio *Pastor aeternus*, fere omnes Patres Domus generaliciae in Basilica S.i Petri aderant; RM Mauron in altiori suggestu (142), insignioribus viris reservato, et alii in spatio omnibus aperto, «con una gioia indicibile, applaudendo col cuore, colla voce e colle mani, ad esempio de' Reverendissimi Padri, a questa promulgazione» (143).

Sed non solum confratres Romae degentes gaudium de infallibilitate pontifica definita exprimebant; in multis epistulis undique provenientibus prorsus idem sensus patet. Sit exemplum quod superior Provinciae Anglicae scripsit: «I join with his Paternity and all the family of our H. Fr. Alphonsus and with Holy Church in thanksgiving for this wonderful victory of Divine Truth» (144). Superior Provinciae Belgicae scripsit Nuntio apostolico: «Je m'empresse de venir au nom de tous mes frères de la Province Belge déposer à vos pieds l'expression de notre foi et de notre joie ... Votre Excellence connaît les enfants de St. Alphonse. Je crois inutile de dire avec quelle sainte allégresse ils accueilleront partout la nouvelle de la mort du Gallicanisme, qui sera aussi, il faut l'espérer, la mort du Libéralisme catholique» (145).

9. - *Nomen et auctoritas S.i Alfonsi in Concilio.*

Gaudium magnum de definita infallibilitate pontifica apud filios S.i Alfonsi etiam proveniebat ex hoc, quod Pater eorum doctrinam nunc dogmatice Ecclesiae propositam semper docuerat

(141) AG XLIII I. - Quamquam haec tabula certo est incompleta — alia nomina inveniuntur ex.gr. in *Cronaca della Casa generalizia* I — eam transscribimus in Appendice n. 2.

(142) Notatur RM Mauron ipso Concilio non interfuisse, quia ante *Codicis Iuris Canonici* promulgationem an. 1817 tantum Moderatores supremi Ordinum religiosorum convocabantur, non autem omnium Religionum clericalium exemptarum, uti nunc in iure stabilitum est (can. 223 § 1, 4^o).

(143) *Cronaca della Casa generalizia* I III.

(144) Coffin ad Douglas, Clapham 23 VII 1870. - AG XLII Coffin.

(145) Kockerols ad Exc.mum Iac. Catani, Bruxelles 20 VII 1870. - *Chronica Provinciae et Collegiorum [Prov. Belgicae]* VII 351-352.

et strenue defenderat (146), ita ut in ipsa Concilii aula allegari meruisset tamquam Doctor «per excellentiam» pontificiae infallibilitatis (147).

Iam initio tractationis de auctoritate Summi Pontificis praelati Utriusque Siciliae Regni in libello, quo dogmaticam definitiōnem postulaverunt, inter theologos primo ad S. Thomam et post eium ad S. Alfonsum provocaverunt, ac desiderium expresserunt, ut definitio «ipsissimis verbis S. Alphonsi» sanciretur (148). Larga diffusio libri *Du Pape et du Concile*, a P.e Jacques CSSR editi, in quo tractatus S.i Alfonsi de argumento collecti habebantur, atque Breve laudativum editori datum a Summo Pontifice die 5 ian. 1870, maxime contribuerunt, ut auctoritas Alfonsi apud Patres augeretur, sicuti supra indicavimus (149). Etiam definitionis adversarii huius rei consciī erant : «On n'a pas oublié le rôle important qui revient à saint Alphonse de Liguori dans l'affaire de l'infalibilité. Ses ouvrages, qui forment aujourd'hui la base de l'enseignement théologique classique, sont le grand arsenal des partisans de la définition.» (150). Hi, ut sponte intelligitur, doctrinam S.i Alfonsi impugnabant et in genere auctoritatem eius in re theologica imminuere conabant. Nemo melius quam Exc.mus Dechamps doctrinam sui Patris exposuit (151) et contra ea quae obiciebantur defendit (152).

Figura S.i Alfonsi certo magna luce refulsit tempore Concilii Vaticanī I, et aestimatio doctrinae eius tunc notabiliter aucta

(146) Hic non est locus exponendi doctrinam S.i Alfonsi de potestate Romani Pontificis. Remittimus ad biographias maiores S.i Alfonsi et varia studia de eius doctrina, prae-cessim : G. CACCIATORE CSSR, *S. Alfonso de' Liguori e il Giansenismo...*, Firenze [1944], Cap. V, pp. 301-342 : La costituzione della Chiesa. - Et. NGUYEN-TIN CSSR, *Doctrine de S. Alphonse de Liguori sur le pouvoir suprême et infaiillible du Pontife Romain*; Machina dactyl. scriptum, 1953; Dissertatio in Fac. theol. Pont. Inst. « Angelicum ». - D. SHARROCK CSSR, *The Theological Defense of Papal Power by St. Alphonsus de Liguori*; Washington, Cath. Univ. of America Press, 1961; Dissertatio in Fac. theol. Univ. Cath. de Washington.

(147) Mauron ad Berruti, Roma 23 V 1870: «... per esser S. Alfonso il Dottore per eccellenza dell'infalibilità pontificia, e come tale ci viene citato nell'aula conciliare». AG Pr.N I. - Vide etiam quae Exc.mus Payá y Rico dixit de auctoritate S.i Alfonsi in octogesima congregazione generali, die 1 VII 1870 habita, allegata apud R. TELLERFA, *S. Alfonso M. de Ligorio II*, Madrid 1951, 941.

(148) *Collectio Lacensis* VII 934 c.

(149) Supra § 2.

(150) Ce qui se passe au Concile p. 165. - Est opusculum sine frontispicio editum; in fine notatur « 27 avril 1870 ». Cfr *La Civiltà Cattolica* an. 21, serie VII, vol. II (1870 III) 385-404.

(151) Dechamps doctrinam a se expositam quasi ut commentarium doctrinae S.i Alfonsi proposuit : « Un saint et savant théologien, le plus fidèle et le plus puissant écho de la tradition dans les temps modernes, S. Alphonse de Liguori, résume ainsi tout ce que nous venons da dire ». - V. DECHAMPS, *L'infalibilité et le concile général*, Paris-Malines 1869, 89.

(152) Cfr *Chronica Provinciae et Collegiorum [Prov. Belgicae]* VII 320-321.

fuit apud episcopos et theologos (153), ita ut RM Mauron concludere potuerit: «Dopo la felice proclamazione del dogma dell'infallibilità pontificia, il momento è assai propizio [per ottenere il suo Dottorato]» (154). Exc.mus Ios. Fessler, episcopus de St. Pölten, Concilii secretarius, dixit Pium IX maxime propensum esse S.o Alfonso doctoratum conferre (155), post omnia quae ad successum Concilii contribuerat; id quod etiam ipse Summus Pontifex privatim P.i Mauron communicavit (156). - In sessione S. Rituum Congregationis diei 20 aug. 1870 causa delata fuit pro ulteriori examine (157), sed non multo post, die 11 martii 1871, Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi votum affirmativum pro concessione tituli Doctoris Ecclesiae S.o Alfonso dederunt, quod votum Pius IX die 23 eiusdem mensis confirmavit.

APPENDIX

I. - Epistula Pii PP. IX ad Exc.mum Ioan. Bapt. Swinkels, Roma 26 IV 1871. - Conservatur in Arch. Curiae de Paramaribo A 51.

Debitas gratias agimus Exc.mo Stephano Kuijpers CSSR, hodierno Ordinario de Paramaribo, qui nobis humanissime copiam epistulae, praedecessori suo missae, suppeditavit.

PIUS PAPA IX

Venerabilis Frater salutem et Apostolicam Benedictionem.

Observantissimas tuas accepimus litteras, die 4 elapsi Januarii datas, quibus intimum tuae fidei obsequium erga ea omnia et singula, quae ab Oecumenico Vaticano Concilio in suis solemnis sessionibus declarata et promulgata sunt, diserte pure ac simpliciter profiteris, ac singulariter id etiam facis erga dogmaticam definitionem, quae sessione ejusdem Concilii quarta de infallibili Romanorum Pontificum Magisterio in rebus fidei et morum dijudicandis prolata fuit.

Hoc eximium tui animi tuaeque adhaesionis testimonium, vere dignum catholico sacrorum antistiti, gratissimum Nobis extitit idque praeterea claros ob sensus, quos Nobis in tuis litteris exprimis, majorem etiam a Nobis meretur commendationem. Dum vero Nostras hac de re tibi laudes, Ven. Frater, ex animo tribuimus, intimo quoque affectu prosequimur significationes doloris et dilectionis tuae, quas Nobis in iisdem litteris exhibuisti, tuas pro-

(153) Berruti ad Mauron, Napoli 9 VIII 1870: «Questo Em.mo Arcivescovo [X. Riario-Sforza], nell'andargli a far visita dopo il suo ritorno dal Concilio, mi fece mille elogi di S. Alfonso, specialmente per la dottrina dell'infallibilità». - AG Pr.N I.

(154) Mauron ad Berruti, Roma 23 VII 1870. - Ibid.

(155) Kassewalder ad Mauron, Wien 13 VIII 1870. - AG Pr.A II.

(156) Mauron ad Berruti, Roma 23 VII 1870: «Anche il S. Padre è divenuto favorevole, come egli stesso mi disse». - AG Pr.N I.

(157) Mauron ad Kockerols, Roma 23 VIII 1870. - AG Pr.B I.

testationes adjiciens adversus sacrilega facinora, quae impii homines contra iura Nostra et hujus Apostolicae Sedis vi armisque perpetrarunt. Quoniam vero in ea quam patimur tribulatione nullum Nobis majus solatium esse potest quam fervidae preces filiorum Nostrorum, quae ad Divinam Majestatem exorandam non intermisso studio adhibentur, pergratum Nobis fuit intelligere nihil tibi, Ven. Frater, ac tuis adjutoribus tuique istius Vicariatus fidelibus cordi esse, quam in hoc pietatis officio perseverare, ut tandem miserations Domini effulgeant super Ecclesiam, Sponsam suam, quam Ipse permisit affligi, ut in conspectu suo pulchrior appareat.

Non omittimus autem Nos invicem, Ven. Frater, tibi omnia superna gratiarum munera adprecari, ut ministerium tuum salutariter implere possis, ac misericordiarum Patrem pariter rogamus, ut istos fideles sua potenti protectione custodiat, ac sanctissima nostra Religio isthic majora in dies capiat incrementa. Interim praecipuae Nostrae erga te benevolentiae testem et supernorum munerum auspicem Apostolicam Benedictionem tibi ipsi, Ven. Frater, cunctisque tui Vicariatus sacerdotibus et fidelibus toto cordis affectu peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 26 Aprilis An. 1871

Pontificatus Nostri Anno Vicesimoquinto

Pius PP. IX.

2. - Tabula 126 Patrum Concilii, « qui Domum nostram praesentia sua semel vel saepius honoraverunt », ab ipso Rectore Maiore Nic. Mauron exarata.
- Conservatur in AG XLIII 1.

Tabula exarata est — ut videtur — secundum ordinem chronologicum, quo praelati Villam Casertam adierunt. Praferimus tamen in transcriptione nomina distribuere potius secundum ordinem hierニックum et alphabeticum, addentes tamen unoquoque nomini numerum sub quo a P.e Mauron notatur.

Cardinales

HOHENLOHE Gustavus von. - 117.

MONACO LA VALLETTA Raphael. - 121.

PITRA Ioannes Bapt., OSB. (158). - 111.

RIARIO-SFORZA Xystus, Archiep. Neapolitan. (Napoli, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 86.

Patriarchae

ANTICI-MATTEI Rogerius dei Marchesi, Constantinopolitan., rit. lat. - 109.

BRUNONI Paulus, Antiochen., rit. lat. - 1.

Archiepiscopi

ATTAR Petrus, Amiden. (Diarbekir s. Amida, Mesopotamia), rit. chaldaic. - 108.

(158) Card. Pitra etiam ante et post Concilium semel atque iterum Domum generalicam visitavit, ibique quibusdam vicibus exercitia spiritualia annua peregit. Cfr *Cronaca della Casa generalizia I* 127 et alibi. - De devotione eius erga Dei Matrem sub titulo de Perpetuo Succursu in nostra ecclesia veneratam, cfr *Analecta* 13 (1934) 119 et 16 (1937) 33.

- CLARET Y CLARÁ Antonius, Traianopolitan. i.p.i. (159). - 55.
 DE BIANCHI DOTTULA Iosephus, Tranen., Nazaren. et Barulen. (Trani, Nazaret e Barletta, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 83.
 DECHAMPS Victor, CSSR, Mechlinien. (Mechelen s. Malines, Belgique). - 3-
 ESCALADA Marianus, de Buenos Ayres (Argentina). - 77.
 EVRE Carolus, Anazarben. i.p.i., Delegatus apost. Scotiae. - 119.
 LA TOUR D'AUVERGNE-LAURAGUAIS Carolus de, Bituricen. (Bourges, France). - 97.
 MANNING Henricus, Westmonasterien. (Westminster, England). - 2.
 MAUPAS Petrus, Iadren. (Zara, Dalmatia). - 91.
 MÉRODE Franciscus Xav. de, Melitenen. i.p.i. - 72.
 PEDICINI Franciscus, Baren. (Bari, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 27.
 REGNIER Renatus, Cameracen. (Cambrai, France). - 64.
 ROSSI VACCARI Antonius, Collossen. i.p.i. - 84.
 SANT'ALEMANY Iosephus, OP, S. Francisci (San Francisco, California, U.S.A.). - 51.
 SCHAEPPMAN Andreas, Ultraiecten. (Utrecht, Nederland). - 23.
 SCHERR Gregorius von, OSB, Monacen. et Frisingen. (München-Freising, Bayern, Deutschland). - 10.
 ZWYSEN Ioannes, iam Ultraiecten. (Utrecht), nunc Episc. Buscoducen. ('s Hertogenbosch, Nederland). - 30.

Episcopi

- ALLOU Augustus, Melden. (Meaux, France). - 44.
 BAGNAUD Stephanus, Bethlemitan. i.p.i. - 58.
 BECKMANN Ioannes, Osnabrugten. (Osnabrück, Preußen, Deutschland). - 52-
 BRACQ Henricus, Gandaven. (Gent s. Gand, Belgique). - 38.
 BRADY Ioannes, Perthen. (Perth, West Australia). - 68.
 BUTLER Georgius, Limericen. (Limerick, Ireland). - 69.
 CAIXAL Y ESTRADE Iosephus, Urgellen. (Urgel, España). - 22.
 CANOSSA Aloysius dei Marchesi di, Veronen. (Verona, Venezia, Italia). - 92.
 CARRION Paulus, OFMCap., de Puerto Rico (S. Juan de Puerto Rico, Indias Occidentales Españoles). - 16.
 CAVEROT Ludovicus, S. Deodati (St-Dié, France). - 100.
 CHADWICK Iacobus, Hagulstaden. et Novocastren. (Hexham and Newcastle, England). - 54.
 CONATY Nicolaus, Kilmoren. (Kilmore, Ireland). - 67.


(159) Iam ante Concilium S. Antonius Claret saepe RM Mauron adiit, ut ille refert in epistula diei 3 VIII 1869 ad P.em Lojodice, Madriti degentem: « Ieri abbiamo celebrato la festa di S. Alfonso, e fra tanti altri venne a dir la Messa il santo Arcivescovo di Traianopoli, il quale viene spesso a visitarmi, e ci mostra un affetto particolare ». AG Pr.Hp II. - De peculiari veneratione S.i Antonii Claret erga S. Alfonsum cfr TELLERÍA, S. Alfonso II 929-930: « veneró a San Alfonso como a su dechado y modelo. »

- CORNTHWAITE Robertus, Beverlacen. (Beverley, England). - 29.
- D'AMBROSIO Franciscus Xav., Muran. (Muro, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 113.
- D'AVANZO Bartholomaeus, Calven. et Theanen. (Calvi e Teano, Regno delle Due Scilie, Italia). - 90.
- DE GOESBRIAND Ludovicus, Burlingtonen. (Burlington, Vermont, U.S.A.). - 122.
- DELALLE Ludovicus, Ruthenen. (Rodez, France). - 61.
- DEL PRETE-BELMONTE Iosephus, Thyatiren. i.p.i. - 89.
- DEMERS Modestus, Vancouverien. (Vancouver, Britsh Columbia). - 107.
- DOMENEC Michael, Pittsburgen. (Pittsburgh, Pennsylvania, U.S.A.). - 53.
- DONEY Ioannes, Montis Albani (Montauban, France). - 45.
- DOURS Ioannes, Suessionen. (Soissons, France). - 102.
- DREUX-BRÉZÉ Petrus de, Molinen. (Moulins, France). - 11.
- DUBAR Eduardus, SI, Canathen. i.p.i., Vic. apost. Petschili orientalis (China). - 93.
- DUBUIS Claudius, Galvestonien. (Galveston, Texas, U.S.A.). - 125.
- DUPONT DES LOGES Paulus, Meten. (Metz, France). - 8.
- EBERHARD Matthias, Treviren. (Trier, Preußen, Deutschland). - 42.
- ELDER Guillelmus, Natchez. (Natchez, Mississippi, U.S.A.). - 105.
- ESTEVEZ DE TORAL Iosephus, Conchen. (Cuenca, Ecuador). - 33.
- EWIJK Petrus van, OP, Camacen. i.p.i., Vic. apost. de Curaçao (Nederlandse Antillen). - 21.
- FAICT Ioannes, Brugen. (Brugge s. Bruges, Belgique). - 49.
- FANELLI Dominicus, Dianen. (Diano, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 34.
- FILIPPI Aloysius, OFMRef., Aquilan. (Aquila, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 66.
- FOULON Iosephus, Nanceyen. et Tullen. (Nancy et Toul, France). - 65.
- FURLONG Thomas, Fernen. (Ferns, Ireland). - 85.
- GALLO Franciscus, Abellinen. (Avellino, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 26.
- GARRELON Ephrem Maria, OCD, Namesin. i.p.i., Vic. apost. de Quilon (India). - 114.
- GASSER Vincentius, Brixinen. (Brixen, Tirol, Österreich). - 43.
- GRANT Thomas, Southwarcen. (Southwark, England). - 47.
- GRAVEZ Theodorus, Namurcen. (Namur, Belgique). - 12.
- GREITH Ioannes Bapt., S. Galli (St. Gallen, Schweiz). - 41.
- HEISS Michael, Crossen. (La Crosse, Wisconsin, U.S.A.) - 32.
- HENNI Ioannes, Milwauchien. (Milwaukee, Wisconsin, U.S.A.). - 9.
- KERRIL AMHERST Franciscus, Northantonien. (Northampton, England). - 123.
- KETTELER Guillelmus von, Moguntin. (Mainz, Hessen, Deutschland). - 4.
- KOBES Aloysius, Methonen i.p.i., Vic. apost. de Senegambia. - 87.

- KREMENTZ Philippus, Varmien. (Ermland, Preußen, Deutschland). - 76.
- LABIS Gaspar, Tornacen. (Tournai, Belgique). - 59.
- LACHAT Eugenius, CPPS, Basileen. (Basel-Solothurn, Schweiz). - 28.
- LANGEVIN Ioannes, S. Germani (Rimouski, Québec, Canada). - 124.
- LASPRO Valerius, Gallipolitan. (Gallipoli, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 37.
- LEONROD Franciscus von, Eystetten. (Eichstätt, Bayern, Deutschland). - 35.
- LEQUETTE Ioannes Bapt., Atrebaten. (Arras, France). - 63.
- LYNCH Patricius, Carolopolitan. (Charleston, Carolina, U.S.A.). - 78.
- MCCABE Cornelius, CM, Ardagaden. (Ardagh, Ireland). - 24.
- MCCLOSKEY Guillelmus, Ludovicopolitan. (Louisville, Kentucky, U.S.A.). - 115.
- MCDONALD Ioannes, Nicopolitan. i.p.i., Vic. apost. Scotiae septentrionalis. - 120.
- MACEDO COSTA Antonius de, Belemen. de Pará (Belém do Pará, Brasil). - 110.
- MCINTYRE Petrus, Carolinopolitan. (Charlottetown, New Scotland, British North America). - 80.
- MCKINNON Colinus, Arichaten. (Arichat, New Scotland, Britisch North America). - 81.
- MAGNIN Claudius, Annecien. (Annecy, France). - 73.
- MARCHICH Georgius, Cataren. (Cataro, Dalmatia). - 94.
- MARILLEY Stephanus, Lausanan. et Geneven. (Lausanne et Genève, Suisse). - 5.
- MARTIN Augustus, Natchitochesen. (Natchitoches, Louisiana, U.S.A.). - 74.
- MARTIN Conradus, Paderbornen. (Paderborn, Preußen, Deutschland). - 14.
- MATEROZZI Vincentius, Ruben. et Bituntin. (Ruvo e Bitonto, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 99.
- MAUPOINT Amandus, S. Dionisii sive Reunionis (La Réunion, insula in Oceano Indiano). - 18.
- MELCHER Iosephus, Sinus Viridis (Green Bay, Wisconsin, U.S.A.). - 40.
- MERMILLOD Gaspar, Hebron. i.p.i., Auxil. Geneven. (Genève, Suisse). - 39.
- MEURIN Leo, SI, Ascalonen. i.p.i., Vic. apost. de Bombey (Poona, India). - 71.
- MONTPELLIER Theodorus de, Leodien. (Liège s. Luik, Belgique). - 62.
- MORIARTY David, Kerrien. et Aghadonen. (Kerry and Aghadon, Ireland). - 104.
- NAMSZANOWSKY Adolphus, Agathopolitan. i.p.i., Ordinarius Militum in Berlin (Preußen, Deutschland). - 75.
- NULTY Thomas, Miden. (Meath, Ireland). - 7.
- O'CONNELL Eugenius, Vallispraten. (Grass Valley, California, U.S.A.). - 6.
- ORDÓÑEZ Ignatius, Bolivaren. (Riobamba, Ecuador). - 19.
- PERSICO Ignatius, OFMCap., Grazianopolitan. i.p.i., a die 20 III 1870 Episc. Savannen. (Savannah, Georgia, U.S.A.). - 57.

- PETTINARI Antonius, OFMObs., Nucerin. (Nocera, Stato Pontificio, Italia). - 112.
- PLANTIER Claudius, Nemausen. (Nîmes, France). - 13.
- PLUYM Iosephus, CP, Nicopolitan. (Nicopoli, Bulgaria), a die 23 II 1870 Archiepisc. Thyanen. i.p.i. - 50.
- POIRIER Carolus, Rosen. (Roseau, in insula Dominica, British West Indies). - 20.
- POWER Nicolaus, Sareptan. i.p.i., Coadi. Episc. Laonen. (Killaloe, Ireland). - 70.
- RAESS Andreas, Argentinen. (Strasbourg, France). - 25.
- RAPPE Amadeus, Clevelanden. (Cleveland, Ohio, U.S.A.). - 60.
- REGNAULT Ludovicus, Carnuten. (Chartres, France). - 118.
- RICCABONA Benedictus di, Tridentin. (Trient s. Trento, Tirol, Österreich). - 21^a.
- RODILOSSI Caietanus, Alatrin. (Alatri, Stato Pontificio, Italia). - 82.
- ROUSSELET Carolus, Sagien. (Séz, France). - 98.
- RUDIGIER Franciscus, Lincien. (Linz, Ober-Österreich). - 116.
- RYAN Stephanus, CM, Buffalen. (Buffalo, New York, U.S.A.). - 31.
- SENESTRÉY Ignatius von, Ratisbonen. (Regensburg, Bayern, Deutschland). - 17.
- SERRA Iosephus, OSB, Daulinen. i.p.i. - 103.
- SHANAHAN Ieremias, Harrisburgen. (Harrisburg, Pennsylvania, U.S.A.). - 106.
- SODO Aloysius, Thelesin. sive Cerretan. (Telese o. Cerreto, Regno delle Due Sicilie, Italia). - 101.
- STAHL Georgius von, Herbipolen. (Würzburg, Bayern, Deutschland). - 36.
- STRAIN Ioannes, Abilen. i.p.i., Vic. apost. Scotiae orientalis. - 88.
- TURNER Guillelmus, Salfordien. (Salford, England). - 46.
- VAUGHAN Guillelmus, Plymuten. (Plymouth, England). - 15.
- VRANCKEN Petrus, Colophonien. i.p.i., Vic. apost. de Batavia (in insula Java, Nederlands Oost-Indie). - 56.
- WILMER Gerardus, Harlemen. (Haarlem, Nederland). - 48.
- WOOD Iacobus, Philadelphien. (Philadelphia, Pennsylvania, U.S.A.). - 96.
- ZAFFRON Ioannes, Sebenicen. (Sebenico, Dalmatia). - 95.
- ZWERGER Ioannes Bapt., Secovien. (Seckau, res. in Graz, Steiermark, Österreich). - 79.

N.B. - In fine praetermittere nolumus actuositatem laudabilem P.is Achillis Desurmont, Superioris Prov. Gallico-Helveticae, qui aestate 1867 ad RM Mauron detulit quaestionem, num Patribus Concilii ope cuiusdam scripti exponi potuerint Missiones ad christifideles, in Concilio proponendae tamquam opus regenerationis et reformationis Ecclesiae. Postquam RM Mauron in epistula sua diei 10 IX 1867 dubium expresserat, num conveniret huiusmodi expositionem diffundere, nihil amplius — saltem publice — in hac re factum esse videtur. — Epistulae conservantur in AG Pr.GH II 1867. Cfr A. GEORGE CSSR, *Le T.R.P. Achille Desurmont*³, Paris 1924, 205-207.



**COMMUNICATIONES
NOTITIAE CHRONICALES
NOTITIAE BIBLIOGRAPHICAE**

COMMUNICATIONES

RAYMUNDUS TELLERÍA

CONGREGATIO MISSIONARIA S. PETRI A CAESARANO
S. ALFONSO COAEVA

Intra regnum neapolitanum, quod S. Alfonsus declaravit missionibus fertile (*amico di missioni*) (1), floruerunt olim associationes missionariae, quarum aliae suas res gestas mandarunt annalibus ecclesiasticis, aliae autem in oblivionem fere totalem abierunt, a qua vix salvantur per externos contactus cum S. Alfonso ac cum eiusdem Instituto. Hoc postremum sane contigit Congregationi « B.M.V. Imperatricis Caeli Terraueque » a Rev.do D. Ioanne comite Appiani institutae et a nobis pridem illustratae (2) : neu multum dissimilem exitum novit Congregatio SS. Sacramenti, pari modo a nobis in medium recenter educta (3) et ulterius dilucidanda pro maiore illius historiae momento. In idipsum denique convergit hodierna brevis tractatio de Congregatione missionaria S. Petri a Caesarano, quae ex multiplice ratione nectitur S. Alfonso et proinde scopo praefixo lucubrationibus nostri *Spicilegii*. Nexus equidem directus atque indirectus : prior, quia aliter carent explicatione verba quaedam et facta S. Alfonsi; alter, quia ex novo inseritur haec Congregatio historiae refraxae similium Sodalitatum, quae passim citantur ad defigendum Instituti alfonsiani externum cardinem missionarium : hunc autem, etiam a contrariis, roborat historia Congregationis S. Petri a Caesarano.

1. - *Congregationis cunabula montana.*

Inter Instituti alfonsiani nascentis notas peculiares distinguebatur conscientia propensio, immo severa legis taxatio, cuius effectu praecones salutis evangelicae iubebantur extra oppida morari (*fuori de' paesi*), in solitudine grandescere, oratione studioque enutriri, poenitentiae exercitiis addici, zelo domus Dei consumpti prosilire in aciem ad animas a peccatis redimendas et in Christi amore redintegrandas.

Quod vero eiusmodi propensio seu « *tendentia* » non erat S. Alfonsi unica, sed aliis quoque sodalitiis missionariis communis evincitur ex historia Congregationis S. Petri a Caesarano. Cognomen ipsum « *La Solitudine* », quo sedes olim compellabatur, manet praegnans huius significationis ac colligatur cum aliis appellationibus haud ignotis inter missionarios coetae-neos, v.gr. *Ritiro*, *Eremo*, quibus utitur S. Paulus a Croce et ipsem S. Al-

(1) *Lettere di S.A.*, II, 590: « Il paese dove possiamo fare più acquisto d'anime non sarà Roma, ma il regno di Napoli, così abbondante di persone ed amico di missioni ».

(2) Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 304-311.

(3) *Spic. hist.* 10 (1962) 193-198.

fonsus (quoad primam appellationem) pro ilicetana fundatione S. Mariae a Consolatione.

Ex alia parte locus, ubi instauratum fuit centrum, dignus erat qui insigniretur « *La Solitudine* ». Viator namque hodiernus, qui e Neapoli viâ publica petit civitatem Avellini, consistit in oppido Mugnano del Cardinale, hactenus ubique gentium honorando propter basilicam S. Philomenae. Hinc deviat ille gressus versus pagum vicinum, cui nomen Quadrella: unde, oculos ad proximiores colles convertens, prospicit in unius clivoso latere aedificium ad instar vasti monasterii atque ecclesiam eidem contiguam. Demum pedibus in altum conscendit, dum auras carpit montanas ac naturae circumstantis oblectamentis ineibriatur. Ascensionis terminus vocatur S. Petrus a Caesarano.

Huius appellationis « a Caesarano » originem exquirere tentarunt nonnulli historici, quorum opiniones recensere existimamus inutile, propterea quod non excedunt probabilitatem adserentium preeexistisse in clivo quamdam arcem seu « villam », caesareis armis speciosam, cui labentibus annis suffectum fuit sacellum sub invocatione Principis Apostolorum: unde sub eodem titulo S. Petri a Caesarano orta est atque floruit Congregatio missionaria, in spiritualibus obnoxia Episcopo Nolano; in temporalibus autem cum territorio Mugnani del Cardinale (4) et Quadrellae subiecta Sanctae Domui SS. Annuntiationis urbis neapolitanae.

Congregationis primordia, utique modesta, adscribuntur zelanti missionario D. Michaëli Trabucco, pie vita functo circa annum 1656, quo per universum regnum saevit pestilentia mortifera (5). Hinc post Fundatoris obitum elanguit plus minusve Congregatio, donec sub finem eiusdem saeculi comparuit eique praefectus est verus Instituti solidator alterque Parenz, scilicet Rev.dus D. Lucas di Gennaro, ex Mugnano an. 1664 ortus et Congregationi an. 1682 aggregatus (6). Is quadraginta annorum spatio preepositus domui, funditus renovavit monasterium, aucta quoque ampla Novitiatus sede: « Aedificium hoc a fundamentis excitatum / Soli Deo solitudinis amatori Solitarii / Dicarunt A.D. MDCC ». Ita rem posteris lapis adfixus perennavit. Sine mora alacriter ille prosequutus est labores, donec novae ecclesiae fabricam penitus absolvit, teste hodieque epigraphie marmori incisa: « Templum hoc / Ap.lis Petro et Paulo tutelaribus suis / studiosa Apostolicarum Expeditionum Congregatio / diruto a fundamentis veteri / magnificenter erexit, splendidius exornavit. / Franciscus Maria Carafa Nolae Antistes / Solii Pontificii Assistens et Prael. Domest. / octava eorumdem Ap.lorum festivitate / Anno Domini MDCCXXVII / solemni ritu consecravit ».

Consecratio porro peracta est iis mensibus, quibus S. Alfonsus recenter militiae sacerdotali adscriptus, inchoabat pleniorem suam vitam missionaria-

(4) Geographus coetaneus Ioseph M. Alfano scribit: « Mugnano e Cardinale: terre; diocesi di Nola, feudo della S. Casa d'A.G.P. [Ave Gratia Plena seu SS.ma Annunziata] d'aria buona, fanno di popolazione 3741 » (*Istorica descrizione del Regno di Napoli*, Napoli 1795, 20). Eodem fere tempore censem Ioseph M. Galante: « Mognano: 3766. - Quadrella: 1366 ». (*Della descrizione delle Sicilie*, IV, Napoli 1790, 154).

(5) Biographiam D. Michaëlis Trabucco edidit P. Carolus d'Ippolito, sed nondum reperimus ullum eiusdem exemplar typis datum.

(6) *Della Vita del P.D. Luca di Gennaro*, scritta da un Prête della medesima Congregazione; Napoli, Di Simone, 1751.

riam: huic pariter, a curis exstruendae ecclesiae expediti, intensius vacarunt Congregationis caesaranae alumni, exemplum aemulati P. is di Gennaro, qui usque ad mortem (1741) sese mancipavit ministeriis apostolicis naviter obeundis. « Alter a Fundatore » nuncupatus fuit in elogio funebri (7), et quidem iure ac merito, utpote qui pusillum Congregationis gregem enutritivit medulla ascetica et missionaria intra Sodalitii orbem iuridicum quadammodo singularem.

Singularitas ex eo fluit quod, secus ac in Instituto alfonsiano authenticā disciplinā canonīcā plasmato, a Congregatione S. Petri caesarana procul aberat quodvis ligamen professionis et votorum, ideoque eius sodales dices simpliciter convictores potius quam stricte religiosos, nisi quod in vita communī gerenda conformabantur spiritui paupertatis et obedientiae; quin etiam subiciebantur quibusdam Fundatoris statutis, quorum observantia adeo arcte cunctos devinciebat, ut transgressores incurrent culpam soli Episcopo reservatam (8).

Congregationis methodus missionaria, quatenus ex biographia P. is di Gennaro deprehenditur, parum aut nihil differt ab ea, quae decursu annorum facta erat communis plerisque missionariis neapolitanis: illius proinde notitia atque aestimatio haud erit spernenda ei, qui ponderare velit S. Alfonsi innovationes apostolicas. Programma namque missionarium apud Congregationem S. Petri a Caesarano constabat elementis traditionalibus: catechismo scilicet parvolorum atque adulorum, instructionibus ad populum, magnis concionibus de aeternis veritatibus, publicis hortationibus (*sentimenti*) per vias et plateas, recitatione SS. Rosarii, exercitio disciplinae, et sic porro.

(7) Hoc titulo effertur ille in praefata biographia (p. 188):

D.O.M.

Et memoriae

Lucae a Januario

Munianensi

Ex Collegio Divi Petri a Caesarano

Quod is alter a Fundatore

Templum hoc paene collapsum

Instauravit ac dedicandum curavit

Clastrum in Solitudine quam elegantiss. potuit.

Inter praerupta rupium

Hortis arbustinis vineis pomariisque

Ad oblectamentum usumque adjunctis

Substruxerit amplificaverit seperit

Quod ibidem annum VIII supra L. transgens

Iam tum adolescentem coagmentaverit

Societatem

Ejusdem Societatis moestissimi Sacerdotes

Post annos quos vixit LXXXI menses X dies XX

Humato

Honorarium ponunt epigraphen

Dum

Parenti undique de omnibus merentissimo

Justa persolvunt.

(8) Iuxta biographum P. is di Gennaro, ecce Fundatoris placita: « E sebbene volesse [D. Mich. Trabucco] nella sua Congregazione una santa libertà da' voti privati e semplici, non facendosi in essa nè voto, nè offerta, alcuni pochi statuti però vi volle, contro i quali operandosi, non solamente in colpa s'incorresse, ma in grave censura al solo Vescovo riserbata...: basta dire che tutti vanno a collimare all'obbedienza ed alla povertà » (p. 95).

Certo certius tum domi, tum foras fovebant pro viris ecclesiasticis exercitia spiritualia, quorum necessitas atque efficacia haud effugerunt P.i Aniello Cirillo, Congregationis eximio scriptori, qui opportune disseruit super « Ecclesiastico erudito. » (9).

Ipsem P. Aniellus Cirillo, quia litteraria Congregationis operositas videtur exigua aut saltem parum cognita, porrigit nobis opus suum *Fascetto Spirituale*, ut in illo quasi in speculo contueamur physionomiam asceticam atque apostolicam huius Congregationis, paululum nobis praecognitam ex clariorum missionariorum biographia (10). Summa porro ascetismi simplicis ac popularis ab opere *Fascetto Spirituale* (11), divulgata in id tendit, ut Christi fideles depascantur cibo sano ac traditionali. Idcirco, haud aliter ac S. Alfonsum, etsi minus densa fervoris unctione, proponuntur devotionis specimina universis christianis pervia: hinc exercitium meditationis quotidiana, praesertim de Christi doloribus, quod minutatim practiceque evolvitur: illinc « fascis » virtutum quae mensualiter seligantur ac vitiorum quae respuantur, praesignata cuilibet mensi propria virtute, patrono ac vitio: hac considerationes de novissimis, protestatio de bona morte et examen conscientiae: illac participatio in sacrificio missae, visitatio SS. Sacramenti, frequens accessus ad sacramenta Poenitentiae atque Eucharistiae, invocatio B.M.V. ac in Eius honorem recitatio SS. Rosarii. Cuncta denique vestiuntur stylo piano et populari, praeter quam quod saepe illuminantur dictis, factis consiliisve sacrarum virginum, fortasse quia auctori obversabantur illius « Philotheae » (p. 191)..

2. - *S. Alfonsi studium et benevolentia erga Congregationem S. Petri a Caesarano.*

